

DISPV TATIO IN AVGVR ALIS
DE
J V R E
RECADENTIAE

Bom Rückfalls: Recht.

QVAM
PRAESIDE
D O M I N O
GEORGIO HEINR. Brückner

J. V. D. PROF. PVBL. ET JVDICII ELECTORALIS MOGVNT.
PROVINCIALIS ASSESSORE GRAVISSIMO, AFFINI
SVO HONORATISS.

*PRO OBTINENDIS SVMMIS IN VTROQVE JURE
HONORIBVS*

IN
AVDITORIO JCCTORVM COLLEGII MAJORIS

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
DIE IX. DECEMBR. M DC LXXXIX.
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM SOLITIS
SUBMITTET

AVGVSTVS HEROLDT

HALL. SAX.

VITEMBERGAE, RECUSA M DCCL.

13

DISPATATIO IN VAGABUNDIS

三〇

І ВЯЧАСЛАВ

Abraham

M A Y D

乙酉年秋

Q.M.

卷之三

GEORGIO HERINR. MING

IRONGATE ASSOCIATES LTD., AUSTIN, TEXAS

PRO OBTINENDIS SUMMAS IN ALTOQVE DATE

— 18 —

300. *Medieval Manuscripts* (1991).

WILLIAM WOODWARD TO THE HOSPITAL

AGASTAE-MEGI

— 150 —



I. N. 7. A.

DISSERTATIONIS ACADEMICAЕ
DE
JVRE RECADENTIAE

PRO O E M I V M .


uandoquidem Juris Cultori ni-
hil magis convenit, quam ea,
quæ in praxi utilia, potissi-
mum excolere, subtilibus
magis quam utilibus sepositis;
Ideo & ego, specimen studio-
rum meorum Academicorum,
ad periclitandum ingenii mei vires, impræsen-
tiarum editurus, præ cæteris selegi uberrimam,
haætenu quod sciam a nemine separatim tra-
ctatam de JVRE RECADENTIÆ materiam,
quam, durande studiorum meorum cursu, in
plurimis, imprimis vero Juris Feudalis causis

X

haæte-

CY

hactenus deprehendi conspicuam. Juxta consuetam Imperatoris Justiniani methodum, in Institutionibus Juris usurpatam, utpote notiorrem ac planiorem, tractationem meam potissimum dirigam, iis, quæ ex Jure Feudali & aliunde adduci merentur, speciali tractationi, ultimo loco expediendæ, reservatis. Non quidem est animus omnes ac singulas Recadentias earumque jura levi hac Dissertatione ex aſſe persequi; id enim requireret integrum opus, foretque extra mihi propositam metam: Sed ea tantum Recadentiarum Jura, quæ insignioria & in praxi magis utilia videntur, Disquisitioni huic Academicæ subjiciam: Antequam vero rem ipsam aggrediar, ea, quæ nominis ratio exposcit succincta delineatione in sequenti capite expromam, insimul annexa qualicunque definitione ac divisione; Sit igitur

CA-



CAPVT I.
DE RECIDENTIAE ETYMOLOGIA, HOMONYMIA
AC SYNONYMIA, NEG NON DEFINITIONE
AC DIVISIONE.

§. I.

RECIDENTIAE vocabulum a me non primum excogitatum, sed a Feudi-
stis dudum usurpatum est, vide in-
ter alios Rosenthal *defend. c. 5. concl.*
64. denotatque RECIDENTIA
nihil aliud, quam receptionem rei
vel juris antea competentis; est e-
nim vox conflata ex particula præ-
positiva RE, connotante resolutionem actus cui adjici-
tur. l. 1. §. eleganter. 33. ff. Deposit & verbo CADERE l. 9.
pr. ff. ususfructarius quenadmodum caveat. Vbi in mate-
ria servitutum ususfructus ad dominium proprietatis Re-
cidere dicitur: & in l. 9. §. fin. de aqua & aqu. pluv: ar-
cen., ubi jus solitum ad dominum Recidere dicitur in qua
speciali significatione nihil aliud est, quam rem in par-
tes velut scissam & divisam consolidare ac redintegrare.

§. 2. RECIDENTIAE vox diversimode pot- Homony-
est concipi; vel late, pro qualicunque reversione & re- mia,
cepti-

A

Recidentia
Etymolo-
gia.

ceptione rei vel juris antea sibi competentis, utut talis-
modi reversio per accidens ac citra reservatum inibi jus
contingat, sic v. g. si fundus a Mevio Titio venditus &
traditus nullo reservato jure Protimiseos & Retractus de-
nuo a Mevio ematur, non absone, nimis tamen laxe
Recadentiam ibi fieri dixeris, de qua vero significatione
valde abusiva hic nullus tractandi nobis locus est: *stricte*
tamen, ac magis proprie *Recadentia* tunc fieri dicitur,
ubi res vel jus a Mevio in Titium translatum ideo ad
Mevium revertitur, qvod vel id reviviscendo redint-
gretur, vel Mevius non pure & absolute rem a se abdi-
caverit, ac in alium transtulerit, sed velut indiem, con-
ditionate & sub reservatione juris alicujus vel expressi vel
taciti in alium traduxerit, qvo die elapso, conditione de-
ficiente, vel iure resoluto, denuo eam ad reservantis pos-
sessionem reverti necesse sit. v. g. Si alicui vendam do-
mum vel fundum sub conditione resolutiva & pacto com-
missorio: *puta si intra certum tempus emtor non sol-*
verit pretium, quod res debet esse inemta; & dehinc
ista conditio existat, revertitur mediante resolutione res
ad pristinum possessorem ex proprie & stricte sic dicto iure
Recadentiae; & sic non ineleganter queritur; qvid ju-
ris hoc in passu? quisque tempore hoc intermedio, an
emtor, an vendor, perceptos lucretur fructus, ferat
impensas & periculum? Porro, quæ post Recadentiam
feudorum, per mortem Vasalli ejusque familiae contingentem,
hinc inde praestanda sint, jucundæ ac perutilis
tractationis est, vide in antecessum Rosenthal *d. cap. 5.*
concl. 64, 67. Et de hujus generis Recadentiarum juribus
hic tantum tractandi nobis locus erit.

Definitio.

§. 3. Ut ergo clarius & pressius nostram explicemus
mentem, recadentia nobis hic nihil aliud est; quam re-
versio

versio rei vel juris ad pristinum jus vel pristinum possef-
forem, contingens vel ob reviviscentiam pristini juris,
vel ob reservationem vel expressam vel tacitam in prima
conventione inter partes inita, vi cuius id, qvod antea
separarum ac dissolutum erat denuo vel pristino possef-
sori vel pristino juri comeinatur ac consolitatur. Hæc
definitio non uberiori indiger explanatione; enimvero
e modo dictis, qvid ea indendatur, sufficienter cognoscitur,
nec non exempla infra magno numero recitanda
mentem nostram fusias declarabunt; proinde non diu-
tius his immorabitur.

§. 4. Hæc Recadentia, ut ad SYNONYMIAM de Synony-
veniamus, vicario nomine non incommode dicitur, ^{mia,}
REDITVS l. 2. & 3. §. 1. 2. de usufr. acresf. 3. §. 2. quibus
mod. ususfr. amitt. pr. l. 46. de evicti: pr. l. 78. de Jur. dot.
l. 15. §. 1. in fin. de usu & usufr. leg. pr. l. 24. ff. de m. o. donat.
l. 14. C. de usufr. & habit. l. F. 5. pr. vers. rursus. l2. F. 55.
pr. vers. præterea. RECVRSVS l. 57. §. 1. ff. de usufr. l. 14.
§. 5. C. de SS. Eccles. REVERSIO & REGRESSVS l. 33. l. 59.
ff. ac R. V. §. 1. in fin. it. §. ult. l. 3. §. 2. ff. de usufr. l. 6. §. 1. in
fine de usufr. accresc. l. 16. quib. mod. ususfr. amitt. l. 66. de. jur.
dot. l. F. 4. §. 6. l. F. 5. in pr. vers. bis omnibus & §. 1. in fine. l. F. 6.
§. 2. in fine. l. F. 23. §. 2. vers. denique DEVOLVTIO §. 9. l. de
legat. 2. F. 99. & 2. 166. qvin & REVNIO l. 7. §. 2. ff. ad exhiben-
dum; imocerta ratione & in materiis specificis COMMIXTIO,
l. 4. ff. de usufr. accresf. ACCRETIO l. 31. §. 3. ff. de Aedit. edicto.
ACCESSIO l. 1. §. 1. de usufr. accresc. l. 4. de J. dotum l. 72. de u-
susfr. CONFUSIO l. 4. ususfructarius quem sd. cap. l. 27. quib. mod.
usufr. amittetur l. 6. ff. de manumis. testam. in vernacula
Em Rückfall.

§. 5. Talis Recadentia non melius conspicitur quam
in modo indicata notissima proprietatis & utilitatis redin

Qædam
Exempla
Recade-
tiarum.

tegratione; Cum enim in pleno dominio due^z qs. partes integrales , ipsa nimirum REI PROPRIETAS & JUS COMMODI ex illa recapiendi , consideranda sint §. fin. J. de usufr. l. 9. §. 6. 7. pr. l. 13. & §. 1. l. 28. l. 36. ff. de acqvir. R. D. l. 19. 28. 29. de usufr. l. 25. de V. S. quæ certo modo sa- pius separantur , ita ut unus posideat nudam proprietatem ab usufructu separatam , ut patet ex §. 1. de ult. J. l. 72. ff. de usufr. l. 8. l. 19. de usu & usufr. leg. pr. l. videa- mus 19. de usūris & fruct. ibi: neque unde proprietatis usus- fructus nullus intelligi potest. l. 16. §. Dominus proprietatis. l. ff. de usu & habitat. l. proprietat. dominium 4. C. de prob- bation : dicaturque in hac significatione : Pura proprie- tas l. 4. si pure ff. de usu & usufr. legat. Sola proprietas l. 36. §. 1. de usufr. Proprietas ab usufructu separata pr. l. 78. cum in fundo. de J. dot. Proprietas deducto seu detracto usufructu per. l. 6. & §. 3. de usufr. l. 1. quories §. 4. l. 3. §. unde Celsius l. 1. 5. ff. de usufr. accresc. l. 19. & pr. l. 26. ff. de usufr. legat. Jus proprietatis l. 21. §. 3. ff. de excep. rei jud. vernacula lingua: die eigenthümliche Gerechtigkeit Magnif. DN. STRVV. Ex. ad n. xl. t. b. 55. versangene und verhaftete Güther Wehner. & Besold. voce Versängenschaft vid. Nobiliss D. Bardili in disput. de nuda proprietate Tübinger habita Anno 1658. th. Alter vero usumfructum tantum sive commoditatem utendi fruendi, e. g. vasallus, Em- phyteuta , usufructuarius &c. ut patet e tota materia u- susfructus, emphyteuseos & Feudi; Hinc redintegratio pleni dominii fit per Recadentiam , qua usufructus ha- cenus separatus ad proprietatem revertitur, ita, ut juxta §. 4. J. & l. 72. de usufr. it. l. 33. ff. d. R. V. Hermanice der Eigen-Herr, dem das Erb-Recht gebühret. Weh- ner voce Eigen-Herr, solidam acquirat proprietatem cum usufructu conjunctam ; ut dicitur in l. 26. pr. insine de usufr. legat.

legat. pr. l. 78. de jur. dot. l. 35. de bon. libertorum. fiatque iterum pleno jure dominus, ut vocatur in l. 19. *de annis leg. jun. §. 3. de usufr.* adeoque tunc termino juris technologico satis commode **CONSOLIDATIO** fieri assertur. *§. 3. i. de usufr.*

§. 6. Recadentia dividi potest in *Necessariam*; quæ ipso jure contingit, & plerumque perpetuam operatur redintegrationem jusque uenidi plane extinguit, l. 17. ff. quibus mod. *usufr. amitt.* & *voluntariam*, quæ factò hominis v. g. cessione, refutatione &c. sese exerit. Vel respectu durationis Recadentia dividi potest in *Temporariam* & *Perpetuam*. perpetua fit morte naturali, præscriptione, refutatione, immutatione totali. Temporaria lapsu temporis conventionalis, vel defectu conditionis. v. g. si feudum paternum, ob feloniam Vasalli, habentis descendentes & Agnatos, in Dominum directo seu per consequiam commissam, ad eum revertitur; tunc Recadentia feudi post delinquentis Vassalli ejusque filii mortem iterum expirat & ad Agnatos defertur 2. F. 24. §. fin. 2. F. 31. 37. 39. & 45. 2. F. 49. §. fin. Dn. Struv. S. J. F. cap. 15. §. 14. H. Pistor 2. quest. 15. n. pen. & quest. 16. n. 24. Carpz. p. 3. C. 27. D. 6. 8. & 16. Vulte 15. i. E. II. num. 147.

CAPVT II.

DE

RECADENTIAE CAVSIS.

§. I.

Causas Recadentiarum singulas in hoc capite enarrare prolixæ tractationis foret; ideoque animus tantum est per modum protheoriæ exempligrafia quasdam proponere, speciali tractationi solidiore expositione fin-

Potiores
causæ effigi-
entes Reca-
dentiarum.

gularum materiarum reservata. *Causa ergo efficiens pri-*
ceps Recadentiarum remota est jus Civile; eo enim iure
Recadentia introducta, approbata & confirmata est, v. g.
in §. 1. in fin. J. l. 3. §. 2. l. 56. ff. l. 14. C. de usufruct. §. F. §. 3.
In quibus porro casibus, per annulationem priorum a-
ctuum, quin & Reviviscentiam & restitutionem pristino-
rum jurium, Recadentiae a jure introductae & appro-
batae sint, pluribus demonstrabit mox suscipienta tracta-
tio de subiecto juris Recadentiarum, quin & infra spe-
cialis expositio singularum Recadentiae materiarum,
Causa propinqua solet esse conventio partium vel expressa
vel tacita, qua legem dat contractibus; ubi scilicet illius
vi revocant contrahentes id, quod expressa conventione
placuit e. g. ex pacto commissorio, retrovenditionis rem
antea quasi conditionate venditam. Tacitum & præsum-
tum pactum est e. g. in actione pauliana, in condicione
causa data causa non secuta, in Adlitio Edicto quoad
actionem Redhibitoriam, ex L. 2. C. de rescindente ven-
ditione, & in plurimis aliis causis. Porro speciales cause
in materia servitutum solent esse. (I.) MORS NATURALIS
non proprietarii l. 3. §. 1. C. de usufr. Joh. del Castillo de
usufr. cap. 61. n. 14. sed usufructarii §. 3. J. pr. 16. p. 2. &
§. fin. C. de usufr. Adæquata quippe causa usufructus est
personalitas perpetuo inutilis esset, §. 1. J. l. 3. §. 2. ff. de
usufr. del. Castillo d. c. 61. per totum. Carpz. p. 3. C. 13. D.
16. (II.) PRÆSCRIPTIO, v. g. proprietarii, qui usum-
fructum præscribere potest, ut patet ex §. 3. J. ibi. non
utendo per tempus pr. l. 16. C. de usufruct. & Dd. COMMU-
NITER ad verba d. §. 3. non utendo per tempus. (III.) CESSIO,
RENUNCIATIO, AVT REFUTATIO Paulus, sent. 6. §.
in jure cessione Vlpian: in Fragm. tit. 19. §. in jure cedi 10. §.
finetur. §. de usufr. ibique Dd. Del. Castillo cap. 69. per tot.

(IV.)

(VI.) Qvandoque TOTALIS REI INTERITVS, SEV MVTATIO. §. finit⁹ i. J. de usfr. l. 5. §. 2. & 3. quibus mod. ususfr. admitt. (ratio est in pr. J. & l. 2. ff. de usfr.) in tantum, ut nec jus ususfructus & superficiarium post reædificationem reviviscat. d. §. 3. J. de usfr. pr. l. 36. ff. eod. l. 10. §. 7. quib. mod. usus amitt. ibique Bachov. ad Wesenb. Scotan. disp. 26. Frantz. comm. ad ff. n. 7. Hinc curia Regiminis Ducatus Saxon. Leucopetrens: sub Directorio Dn. Parentis Senaturi zur Dahme Weissenfl. 28. Aug. 1666 respondit: Ob wohl H. die Wohnung und Flechl. Gebrauch des abgebrannten Gentzischen Hauses verordnet; diewel aber bekannten Rechtens, daß der Feuer-Schaden / als ein casus fortuitus, dem usuario an seiner habitation, so wohl als dem proprietario an der substanz des Hauses schade, und daher der gleichen Bewohnungs-Recht, oder der verhaft. Flechl. Gebrauch eines Hauses durch dessen Einäscherung oder gänglichen Untergang sich ändere, so gar, daß auch derselbige Gebrauch aß dem anderweit erbautein Hause vom usuario nicht begehret werden mag. So kann auch dem Eigenthums-Herrn der verhandenen Brandstädte nicht angemuthet werden, des vorigen interesse habitations halber die Haus Städte auf seine Kosten wieder zu erbauen, oder solches dem Vnuario zu verstatten. Quæ mododicta sunt, aliter se habere in reædificatione feudi, solum vel aream afficientis, docet D. Struv. de ædificiis privatis tb. 70. p. m. 45.

(V.) INSIGNIS REI DETERIORATIO CULPOSA §. 1. J. de usfr. ibi. non utendo per modum. l. 9. §. fin. ff. de damz. infect. Del. Castillo. cap. 21. per tot. & cap. 24. n. 10. seqq. eaque vel totalis vel partialis; ubi notandum, quod parte tantum deteriorata vel corrupta, pro ea saltem parte locum habeat Recadentia. Carpz. p. 2. C. 38. d. 24.

(VI)

(VI.) LAPSUS TEMPORIS CONVENTIONALIS l. 5. §. 6. ff. si uſusfr. petatur ibi: tempore uſusfr. a missus. pr. l. 3. ff. quibus mod. uſusfr. amitt. l. uxori 35. ff. de uſusfr. legat. ibi: legatio in quinquennium uſufructu, eo peracto, uſuſructus esse desit. l. 5. pr. l. 12. C. de uſusfr. l. fin ff. si ager vettigal. r. F. 2. II. F. 105. Porro Recadentiam operatur alienatio feudi citra consensum Domini directi. 2. F. 44. §. callidis, plurimæ Feloniarum species, multæque infra in specia libus materiis significandæ causæ.

§. 2. CAVSA specialis reonaragutuñ sive IMPULSIVA.
Exemplam Recadentiae habetur in fin. §. 1. J. de uſusfr. his verbis: Ne causæ impulsivæ Recad. tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente uſuſructu, placuit certis modis extingui uſumfructu & ad proprietatem reverti, & in l. 3. §. 2. l. 56. de uſusfr. it. l. si uſusfr. 8. ff. de uſusfr. leg. ibi: nulla utilitas erit unde proprietatis, semper abscedente uſuſructu &c. Hinc favor Recadentia a Dd. colligitur. vid. Andr. Knichen de vestit. pac̄t. p. 1. C. 1. n. 232. & cap. n. 63. & 64. Interpretatio igitur qvæſtionum voluntatis & contractuum semper pro Recadentia rei ad primordialem suam naturam & statum facienda est, vid. Carpz. p. 2. C. 39. D. 8. n. 6.

Subiecta Recadentiariam.

§. 3. Subiecta Recadentiae sunt personæ, v. g. quæ rei alicujus nudam proprietatem habent, & vocantur in specie Proprietarii l. 12. §. 5. l. 13. §. 6. l. 15. §. 7. l. 17. §. 1. 2. l. 26. l. 70. §. 5. ff. de uſusfr. &c. Domini vel absolute l. 7. §. 1. ff. de uſusfr. 1. F. 1. §. 1. in fine &c. vel cum adjuncto; Domini proprietatis §. 36. J. de R. D. §. 3. J. l. 13. pr. & §. 7. l. 15. §. 6. ff. de uſusfr. Domini fundi. §. 1. J. de uſu & habit. l. 1. in fin. C. de Jure emph: l. 1. §. 4. ff. de arb. ced. Domini feudi. 2. F. 2. pr. & 58. Prædii. l. un. §. 4. ff. de remiss. & Domini nudæ proprietatis. §. 4. J. & l. 72. ff. de uſuſruct. Domini directi & Vasallii respectu dotalitiæ post mortem illistris

bris vel nobilis viduæ ad dominum vel agnatos revertentis. Domini rei emphyteuticaræ, sive emphytreuseos, l. 1. in fin. C. de jur. empby. vulgo Erbzinsherren. Domini soli sive fundi. l. 1. §. 1 ff. de superficieb. Germ. Grundherren Monasteria & Domini honorum Precariæ seu precaria- rum der Preccarey und B. th. Gütter. Domini bono- rum locatorum vulgo der Lass. Gütter. Domini bono- rum hominum propriorum, der Leibeigenen, Lateni, Lassen, Leibeigenen Leuthen. Domini Beneficiorum Ecclesiasticorum sive Præbendarum, Canonicatum & Vicariatuum. Collatores sive juris Patronatus domini vel possessores; certo modo Domini juris protectionis, Schutz- und Schirm- & Herrn. Oppignorantes sub pacto antichrerico. Vxores respectu dotis recadentis. Ven- dentes sub pacto commissorio, retrovenditionis &c. Cre- ditores agentes actione Pauliniana, revocantes ea, quæ in suam fraudem a debitoribus fuere alienata. Rem litigiosam, sive vitio litigii affectam alienatam revocantes. Omnes, ad qvos juxta capit. preced. §. 2. dictam qualitatem res vel jus alii quod recidere potest, de quibus in sub- sequentibus prolixior tractandi occasio erit: Sufficiat ali- quo exempla majoris elucidationis gratia impræsentia- rum enumerasse.

§. 3. Objecta potiora juris Recadentiae e modo dictis facile collegentur; eo ergo referas omnia utilia jura a nu- da proprietate hæc tenus separata, ut est Ususfructus non quidem causalis, sive proprietas iure competens, l. 4. 26. ff. de usufr. l. 126. §. 1. de P. O. sed formalis a pro- prietate le junctus, separaramque ab eadem habens for- matam; Jus scilicet in corpore personale, quo res aliena sala ejus substantia, nobis servit, prout describitur pr.

Objecta
Recadentia-
rum.

B

J. G

J. & l. i. ff. de usufr. & vocatur alias jus fruendi pr. l. 2.
 l. 17. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Germ. Vollständige Frucht-
 Messung, Fleß-Brauch, Lebzucht; Jus usus, der bloße
 Gebrauch eines Dinges, ad individuale nempe emolu-
 mentum usuarii, eorumve, qui per fictionem juris una
 eademque persona cum eo sunt §. i. & 2. J. de usu & ba-
 bit. comparatum Jus superficie, sive superficium, l. 32. ff. de
 jure dos. l. 39. ff. de legat. secund. l. 2. de superfic. Germ. Grund-
 und Platz-Recht. Jus habitationis §. 5. J. de usu & habit.
 quin & Edificium habendi in alieno solo l. 2. ff. de su-
 perfic. Jus emphyteuticum seu emphyteusis, it. jus em-
 phyteutarium iot. tit. C. de jure emphyteut & D. si ager
 vectig. seu emphyteut. peratur. Jus Apanagii post mor-
 tem ant delictum apannagiati ejusque filiorum. Res
 venditæ sub pacto commissorio, retractus, retrovendi-
 tionis. Dos, soluto matrimonio. Res alienatæ in frau-
 dem Creditorum. Litigiosæ, seu vitio litigii affectæ plu-
 rimæque aliæ res & jura infra exponenda. Maxime vero
 conspicua Recadentia in Jure Vasalli s. utilidominio (quod
 vulgo das Nieder oder Unter Eigenthum; it. das Nutz-
 bahre Eigenthum dicitur.) Huc etiam merito refe-
 runtur Salinæ Hallenses patriz, civibus quidam absque
 servitiis & juramento fidelitatis, sub fide tamen in feudum
 Maleculinum quoad utile dominium concessæ; Sunt enim
 revera seuda, prout parer ex Resp. Dominorum Scab.
 Hallens. & alii præjunctiis q. & habentur in Tract. Hon.
 Dn. Parent. de Jure represent. Cap. V. conclus. 4. prout
 judicatum Anno 1627 his verbis; die welch aber die 7. Pfan-
 den Teutsch durch Absterben der Et. familien sich an die
 Herrschaft erlediget, so hat sich die Magdeburg. Cam-
 mer quoad directum & utile dominium derselben nun
Michro

mehro als eines eröffnetem Lehns billig anzunassen; Hinc etiam dominus feudi bona Salinaria absentis ultimi feudi possessoris, de cuius vita dubitatur, jure Recadentiaz, præstata cautione, als ein Ihm vermutlich heim- gefallenes Lehn, consolidare potest, prout factum Anno 1572. & 1580. 1589. & judicatum Anno 1638. daß der Fürstl. Cammer die Nutzung der 7. Pf. Teutsch, zumahlen auf angebotene Caution, zu lassen sey / & quamvis Vasallus Salinarius in præjudicium liberorum, vi utilis dominii, etiam per testamentum valide disponere possit, prout resp. Dni. Scab. Hall. 1609. & 1614 vid. Richter decis. 25. n. 17. ejusmodi tamen dispositio absque domini con-sensu facta juri Recadentiaz non obest: Juri vero Recadentiaz ut & agnatis simul investitis etiam non præjudi-cat, nisi ratione consensus pacta familia extet. M. P. O. cap. 8. §. 32. vers. Es weren denn bey einer Famille gewisse pacta de consentiendo vel disponendo getroffen. Präser-tim, si Feudum Salinare non sit novum, sed antiquum. M. P. O. cap. 44. §. 6. Onus tamen alimentationis & dotationis filiarum vel sororum subsidiarum, ut & do-talitii viduarum ultimi Vasalli quoad terram partem Sa-linarum, juri Recadentiaz in tantum adhæret, ut filiae & sorores nupiis secundis terram hanc dotationis marito, vel alii Vasallo habili vendere possint: Si vero, priusquam maritentur, deceaserint, abque ulla transmissione ad heredes, ad dominum feudi, vel ejus novum Vasallum investitum, in eventum non securi matrimonii, salvo usufructu vitalitio, jure Recadentiaz pertinent. M. Pol. O. d. cap. 8. §. 37. Hinc Anno. 1687. & 88. de Jure respon. Dn. Scab. Hall. & Lips. ut & Dn. JCTI Lips. Marburg. Altdorf. & Rostock. quod Versor-

Gungs. Schrift non tributa jus feuti, sed ususfructus formolis, cuius Recadentia non ad feudi successore domini singularem, sed ad demortui feudi domini novum Vasallum, cum spe consolidationis investitum spectet, his verbis; daß Fiscus nicht besucht / vom novo Vasallo und possessore feudi noviter investito die Versorgungs Pfannen, sub praetextu Recadentiae & caducitatis zu vindiciren und revociren / sondern Beklagter novus Firma Recadentie. Vasallus von der wieder ihn angestellten Klage zu absolvieren und zu erledigen sey: Dominus tamen feudi invitatus non tenetur onus hocce pactitium subsidiarium, Ex die demum Recadentiae debitum, ante diem solvere; prout conclus. in causa filiae decrepiti Vasalli W.B. Anno 1681. & filiae V. Anno 1688. vid. Hon. Dn. Parent. Consol. decif. 23.

§. 4. *Forma Recadentiae consistit in conjunctione consolidativa ut loquitur Del. Castillo de usfr. cap. 75. 75. n. 5.* Licet enim Consolidatio stricte in injure applicata videatur conjunctioni ususfructus cum proprietate, ut patet e §. 3. 3. de usfr. nihilominus, haud invito latinitatis genio, ulterius & laxius produci potest, ut, quociescumque dominium utile cum directo, aut qualemcumque aliud jus minus plenum, ac ab alio tanquam perfectiori, suoque velut principio, pendens, cum eodem conjunctum donuoatque illuc reversum fuerit (quemadmodum de jure Emphyteutico, superficie libellario, nonnunquam etiam Censitico &c. licet observare) itunc Consolidatio fieri omnino dici possit Vid. D. Kulpis in Dissert. de Consolidatione §. 16. & seqq. imprimis §. 19. Ista vero Consolidatio fit vel *fatto hominis* Recadentiam causativo, pacto videlicet, ut seres habet in Lege Commissoria, cessione, refutatione, re-
tractu

tractu conventionali, aliisve modis vel expresse vel tacite
paetitiis; (sic tacitum paetatum in materia Conditionis inde-
biti, item in revendita, et tradita, non habita fide de pretio §.
vendite 41. J. de Rerum divis. vel jure, a lege scilicet ob cau-
sam probabilem, talem Recadentiam determinantem;
quod iterum fit vel mediate, interveniente scilicet Judi-
cis sententia declaratoria, uti contingit post commissam
in Feudis Feloniam. Vide D. Struv. Synt. Jur. Feud. cap. 15.
apb. 2. n. 3. vel immediate & solum juris potestate (1.) Morte
fructuaril vel usuarit §. finitur 5. J. de usufr. Dei Castillo
cap. 60. n. 8. (2.) non utendo decennio inter praesentes &
vicennio inter absentes d. §. 5. & 3. ff. si ususfr. pet. l. 16. §.
Sed nos 1. C. de usufr. (3.) per resuscitationem & reviviscen-
tiam pristini quasi mortui & sepulti juris. Vbi enim jus
non tollitur radiciter & quoad sui substantiam, ibi ex causa
supervenienti & sufficienti reviviscere potest; Sic servi-
tutes reales interitu rei, cui debentur, extinguuntur
quidem, sed illa restituta reviviscunt l. 14 ff. quemad ser-
vit. amitt. vide licet si superficie debeantur, non vero si
solo; Hæc in usufructu aliter observari supra hoc Cap. 2.
§. 1. fuit ostensum. Porro eleganter l. 18. ff. de servit. dis-
positum; quod servitutes, quæ aditione heredis stricto
jure consuæ, adeoque extinctæ, fundo, cui inhærebant,
præstato, denuo reviviscant; adeoque pati dedeat lega-
tariorus eas iterum imponi hæredique præstari. Idem ju-
ris est, si maritus prædio dotali fundum servientem ac-
quisivit, eumque postea alienet, aut etiam prædium viri,
mulieris prædio, quod in dotem dedit, serviat, dosque
postea restituenda sit l. 7. in pr. & §. 1. ff. defundo dotali:
His enim in casibus ex æquitate & jure singulari servitu-
tes amissæ iterum quasi reviviscunt, quod toties fere fit,

quoties is, cuius persona per successionem aut alienationem inter vivos temporale jus saltem habuit, id restituit. Franz. ad tit. ff. quemadmodum servit. amitt. n. 14. & 18. Pignora eadem quae servitutes hic jura habent; Nam & pignoris jus domo exusta (forte hortus factus) in area ita conservatur, ut domo reædificata redintegretur, l. 29. §. 2. ff. de. pign. l. 16. §. 2. ff. cod. l. 21. ff. de. pign. act. licet enim hortus non sit eadem res quæ domus, quia vero area tanquam major pars domus supermanet, pro eadem haberi potest. Franz. ad Tit. ff. qib. mod. pign. solv. n. 14. seqq. Vinn. ad §. 19. f. de legat. Confer. D. Struv. de edif. priv. t. b. 71. Utterius *Jus hereditarium* repudiatione extinguitur per in integrum restitutionem adversus repudiatam hereditatem reviviscere potest. l. 24. §. 2. ff. de min. l. fin. C. de repud. hered. modo omnia adhuc sint in integro. Nam rebus hereditariis distractis, restitutio cessat. d. l. 24. §. 2. ff. de minor. scilicet quoad extraneum, secus quoad suum heredem, quia ejus causa est favorabilior. Sic explicant d. l. fin. C. de repud hered. Perez. ad tit. C. si ut omis. hered. n. 2. Bachov. in ff. cap. 4. in fin. Facta autem hac restituzione, substitutiones, quæ per aditionem hereditatis expirarunt, reviviscunt, & obligationes, aditione confusæ, restituuntur. Brunnetian. ad l. 1. & 2. C. d. t. si ut omis. hered. Tandem *Jus possessionis*, per dejectionem amissum, continuo reviviscit, si dejicienti res ablata in continentem eripitur l. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi arm. Nam intermedio tempore illa revera abesse, sed propter celestem recuperationem abesse non intelligitur. Vide Disput. Inaugur. Bergeri sub Præsidio D. Petri Mulleri Jenæ habitam de Reviviscencia Jurium extictorum Cap. 2. §. 14. 15. & 16. Porro Recadentiam producit (4) *Fictio iuris*, ubi

ubi id, quod revera non est, a jure ad eum effectum eosque fingitur, donec id, quod stricto jure & ex rei veritate haberi alias non posset, obtineatur; vel, ut clarus Dn. Renneim. de Princ. Jurisprud. disp. 17. tb. 10. describit: *Fictio est commentum legislatoris, quoad legem, que mutari nequit, sustinendam, quod, pro conditione temporis & presentia obstanti, verum non fuit.* Sic fictione juris captus (a). postliminio ab hostibus reversus habetur, ac si nunquam penes hostes fuisse, i. e. fingitur semper in civitate fuisse l. 12. §. 6. l. 16. ff. de captiv. & postlim. & redempt. ab host. l. 9. C. eod. §. sed si ab hostib. j. quib. mod. jus patr. potest. sot. Adeoque omnia jura antea competentia vi Recadentiae ei & in eam restituuntur. Idem obtinet (b.) in rebus immobilibus ab hostibus recuperatis; Proinde si ager occupatus ab hostibus, postea ab his receperus fuerit, fictione juris postliminii redit ad priorem dominum l. 20. §. 1. ff. eod. & postliminii fictio retinet omnia jura in suspensi; quam ob causam diciter suspensi juris constitutio l. pen. ff. de suis & legit. hered. Hujusque juris effectus est, ut pendente captivitate civium Romanorum jura non tam abrumptantur, quam in suspensi retineantur. l. 32. §. 15. qui apud host. ff. de hered. insit. addit. Grot. de Jur. B. & P. Lib. III. c. 9. Sic (c.) per Fictionem juris egitimatio per subsequens matrimonium operatur Recadentiam filii illegitimi geniti in patriam perestatem, ut qui antea non talis a tempore nativitatis, dehinc contracto matrimonio nihilominus retro censeatur legitimus. Porro (d) in actione Pauliana Creditor, in cuius fraudem alienatio facta, jus revocandi ideo habere censemur, quod quasi dominus in re fraudulentem alienata adeoque justissime Recadentia locum habere perfectionem juris credatur. Vid Lauterb.

ad

ad eis. D. que in fraudem cred, facta sunt ut restit. Imprimitur, si alienatio in fraudem creditorum facta sit titulo lucrativo; enimvero optime tunc locum habet Practicis decantatissimam aurea Lex 32. ff. de Reb. Cred. cuius genuinus sensus oreditur; res mea vel mibi debita ad te perpernitur titulo lucrativo, nec causa sit, quare apud te permanere debeat, eam conditione certi repeti posse & quidem ex aequitate; addit omnino Brunn. ad b. l. Recadentia perfissionem juris etiam (e) in Querela inofficio testamenti contingit, ubi pater non sanæ mentis suæ colorando singitur, & recisso testamento hæreditas ab hæredes suis recidit. pr. I. l. 2. 5. §. l. l. 13. in fine ff. de inoff. test. de Fictione juris plura videri possunt penes Anton. Dadinum Alteserrati in Tract. de Fict. juris Paris. anno 1695. edit. Altius, 1. dico. c. 17. an. 13. usque 19. Joh. Müller Exerc. jur. de Fict. jur. per totum ubi illam per tria juris objecta, personas, res & actiones contemplatus est. Ulterius jus producit Recadentiam (5.) Restitutione illius, quod stricto jure sublatum & extinctum erat, sic elegans exemplum conspicitur in materia SCti Vellejani; ubi si mulier expromittendo alienam in se suscepit obligationem, Praetor, rescissa hac actione, creditori adversus priorem debitorem, ejusque hæredes & fideiussores, pristinam actionem restituit, l. 8. §. 7. & seqq. l. 13. §. f. l. 24. §. 2. ff. ad SCium Vellejan. quæ exinde voratur restitutoria l. 8. §. 9. & 13. l. 13. §. f. d. t. vel rescissoria l. 16. C. eod. addit D. Struv. Synt. jur. Civ. Ex. 21. tb. 8. Amplissimus campus Recadentiarum nobis aperitur in hac materia restitutions in integrum, ubi multa, stricto jure aliquin valida, ex aequitate rescissa, in pristinum statum reponuntur. De hinc Jus operatur Recadentiam (6) declarando actum. ipsa ure

jure nullum; sic dolus dans causati contracti bona fidei eum; sec. verac. Cicramontanorum sententiam, reddit nullum; etum initium contractus dolosum nequeat consistere cum pleniore & überantiore ista fide, quam tales requirunt contractus l. 7. pr. ff. de dolo malo, l. 10. §. 1. de minorib. l. 5. C. de rescind. vendit. Competit igitur tali, dolo decepto, remedium nullitatis. Idem conspicitur etiam in ponis pupilli immobilibus sine decreto magistratus & alii requisitis in l. 8. & 12. C. de pred. & alien. rer. minor. solennitatibus alienatis. Vel (7) dando potestatem & facultatem rem ab altero hactenus mala fide & inique posse fari & pretendi, ad quod caput multa in translatione nostra de Recadentia referte licet. Sic rem ab alio comparans sciens, vel ante completam usucacionem resuscens esse terrae, statu vindicanti domino restituere obstrictus est. Ad modum porro consolidationis recensitae spectat, quod consolidatum ipso jure efficiatur ejusdem juris, qualitatis & conditionis cum re, cui consolidatur & unitur, sicut Molinæus ad Conventud. Parif. T. I. §. 43. q. 11 num. 176. seq. prolixè docuit, collatisque illustravit exemplis. Kulpis d. 1. §. 14.

§. 5. Singulos Recadentiarum fines exponere, prolixæ deductionis esset, ijenim satis ex infra deducendis liquefient. Utrum per anticipationem exempli loco adduxisse sufficar, puri in sepe memorata notabili materia usus fructus intenditur, est que in l. 3. de usufruct. ne sciret in universum inutiles essent proprietates semper ascendentie usq. fructu, & l. 50. ff. 100.

CAPVT. III. DE RECADENTIAE EFFECTIBVS.

Effectus itidem singulos Recadentiarum deducere in hoc capite merito supersedeo; Hi etenim specialiter

C

&

Effectus
Recaden-
tia.

& uberrimam tractationem, mox expediendam, suppeditabunt; ut vero aliquod exemplum præcogniti loco sitam, iterum diverto ad notissimam ususfructus materiam, insignis ibi effectus §. fin. 3. de usufr. h. s verbis: Cum autem finitus fuerit totus ususfructus, revertitur ad proprietatem, & ex e tempore jure proprietas dominus incipit habere plenam in Re potestatem, sive liberum quoad proprietatem disponendi arbitrium, juxta l. in re. 21. C. mandat. adeoque redintegratur per Recadentiam DOMINUM, siveque SOLIDVM, PERFECTVM ET INTEGRVM l. 8. §. 1. ff. de l. berali cause. l. 1. C. de bon. matern: PLENVM l. 4. pr. ff. de alim. & cib. legat. l. 19. pr. ff. de ann. legat. sive PLENA PROPRIETAS l. 36. §. l. 56. pr. ff. de usufr. l. 2. pr. ff. quib. uo 1. ususfr. amitt. l. 10. ff. de usufr. legat. SOLIDA l. 26. p. in fine eod. vel JUS PLENVM l. 17. §. fin. de R. V. l. 1. pr. ff. de libert. univers. PLENISSIMVM l. 1. pr. Comm. de Manumiss. SOLIDVM l. 9. in fin. ff. de aqua & aqu. plur. 47c. l. 12. de assign. libert. FVNDVS PLENVS d. l. 26. pr. de usufr. legat. SOLIDVS l. 3. ff. de seru. legat. PLENO JVRE FVN-
DVS l. 126. §. 1. ff. de V. O. & qui hanc plenam in Re per Reca-
dentiam natus est potestatem, dicitur iterum DOMINVS
PLENO JVRE l. 11. C. de action. empt. PLENISSIMVS l. unic. C.
de nud. jur. quirit. toll. remque PLENO & INTEGRO jure se-
cundum dominium & usum possidere, vollkommenlich
mit Nutzen und Eigenthum l. 19 ff. de ann. legat. l. 17. ff.
quib. mod. ususfr. amitt. l. 3. §. illud. tri in fine C. de secund. nup-
tiis. aveb. hoc usus. C. de SS Eccles. Nov. 120. cap. 9. in fine. Ex
quo effectu Recadentia nato fluit, resolutio, extincio &
interitus utilis dominii sive ususfructus; ubi notandum,
quod finitudo uritas per amissionem secundum suam
naturam, morte scilicet naturali & existentia temporis
præstabilit. amitti vero; cum per naturam quidem durari
possit, ex accidenti vero amittatur. Porro notandum,
quod

quod per Recadentiam non tantum principale follatur
jus utilitatis, sed etiam omnia ea, quæ durante separatione
rei, ut servitudes, hypothecæ & alia quævis onera, vel
adjectæ qualitates interea a Vasallo, Emphyreuta, usufru-
tuario &c. concessa vel imposita fuere; resoluto enim ju-
re dantis resolvitur & jus accipientis, l. 31. de Pignor add. l.
n. §. i. quemad. serv. a m. l. 105. de Cond. & dem. 2. F. 8. in fin. pr.
D. STRUV. Synt. Jur. Civ. Ex. 3. th. 61. Kulpis d. l. §. 36. Per
Recadentiam igitur feudi ipso jure non tantum extingui-
tur jus Vasalli, non per modum transmissionis, sed meræ
privationis, negationis & annihilationis, tam quoad utile
ejus dominium, quam quoad naturalem possessionem,
a domino non nisi limitarim & sub conditione resolutiva
in Vasallum, usque ad ejus generationis extinctionem
concessam & ex vi attractiva in actu permanentia deo sem-
per retentam, ut nova ejus acquisitio non requiratur. Car.
Moline: ad Constit. Paris. tit. 1. §. 30. n. 171. 173. & 176. Sed
etiam servitudes & onera, feudo Domini consensu impo-
sita expirant 2. F. 8. vers. quid ergo ibi: si Vasallus servitutem
rei beneficiarie imponi patiatur; & addominum ex qualibet
causa beneficium posse a revertatur, Vasallo quidem, donec
fdudum tenet, potest obesse, Domino autem, et si per lon-
ga tempora perseveraverit, servitus minime nocet sed feu-
dum libere ad dominum revertitur. 2. F. 54. §. callidis. vid.
Dd. cit. ab Hon. Dn. Parent. in Consil. 41. ubi Resp. Dn. JC-
torum Francfurt. Mag. P. O. cap. 52. §. 6. Dn. Ziegler lib.
2. de jur. Majesß. cap. 14. n. fin. ibique Resp. Dn. Wittenb. Simi-
liter sub feudum vulgo Uffter. Lehn/ quoniam ab utili Va-
salli dominio dependet, post ejus Recadentiam regulariter
expirat, l. F. 4. §. ult. Kohl. de sub feud. cap. i. n. 2. ibique Wilh.
Anton. in not. D. Struv. S. J. F. cap. 12. apb. 13. Maxime vero
expirat expectativa feudi a Prælato in casum Recadentia

concessa, si Prælatus ante existentiam Recadentia mortuus sit; ejus enim promissio non sortitur effectum, nisi eo tempore, quo jes promittentis durat 2. F. 26. §. 2. Admissio vero Prælaticum ejus morte expirat, can. fin. caus. 12. quest. 1. & c. 2. X. de donat. 1. F. 3. ibique illustr. Dn. Rhetius etiam in concessione expectativa, die gesamte Hand und Mithelnschaft a concedente mitertheilet u. orden; Quia simultanea investitura, absque consensu possessoris data ipso iure nulla est, Schrader. p. 3. C. 2. n. 19. Carpz. p. 2. C. 45. d. 16. n. 7. 8. D. Struv. Synt. J. F. cap. 7. apb. 6. D. Born. disput. de Expectat. cap. 10. 1. 2. Har. Pst. 2. q. 44. n. 10. Nihil quippe per Vallum potuit disponi, nisi ad limites ejus juris, quod erat perse & sua natura temporale & resolubile. Molinæ. d. 1. n. 17. Adeoque hæc Recadentia fit ex natura rei, & conditione primæ concessionis, sive ex necessitate causæ intrinsecæ Molinæ. d. 7. Hisce in antecessum delibatis sequitur.

SPECIALIOR TRACTATIO.

CAPVT IV.

DE

RECADENTIIS EARVMQUE IVRIBVS IVXTA STATVM PERSONARVM.

S. I.

Recadentia
Privilegio-
rum.

Amplissimus campus Recadentiarum nobis aperitur in materia privilegiorum, ubi notum, quod *Privilegia* alia sint *realia* & perpetua nullique Recadentia obnoxia, alia *personalia*, adeoque temporanea & elapsa certo forte temporis spatio præstiruto desituta: Ne vero a cum agam, brevitatis gratia benevolum Lectorem quoad privilegiorum Recadentias remitto ad *Compendium Schüzio Lauterb.* ad ff. de Confit. Princip. ejusque Concl. Forens. Ex. 3. ib. 7. & seq.

seq. & Dn. Majerum in Commnitissimo haud ita pridem
Tubingæ 1686. ad Inst. edeto tit. de Jure Natura & Gent.
p. 97. ubi exalte hæc materia, ita, ut vix aliquid desiderave-
ris, tractata. Hic præ cæteris notandum, quod privile-
gia a concedente Principe non ita pro libitu, ut quorun-
dam incauta & temeraria assertio est, revocari possint &
recladant; sed tunc de mun revertantur & extinguantur,
si forte ex mera gratia & per modum *Precarii ac Benepla-
citi* fuerint concessa; alias enim, si forte in compensatio-
nem meritorum, per modum præprimis conventionis,
tituloque oneroso & præsumtive animo perpetuo relin-
quendi, quod e circumstantiis facile collegeris, sint data,
tunc Recadentiam per revocationem fieri inique judica-
veris. Adde circa hanc materiam Grot. de J.B. & P. l. 2.
cap. 14. n. 10. & seq. Bene tamen faciunt Principes, si majoris
evidentiæ gratia, ad evitandam injuria suspicioneum, ex-
pressæ clausulam *Precarii & beneplaciti* suis concessioni-
bus inserant: ubi notatum dignum, quod a parte una pre-
carium, a parte vero altera secundum praxin Imperii lo-
cato conductio, adeoque a parte una pro libitu resilien-
di facultas sit, ab altera vero obligatio ad servandam con-
ventionem existat; quanquam alias & regulariter *Precar-
ium*, neque ad certum usum, neque ad certum tempus,
neque pro certa mercede concedi possint, l. l. 2. §. 2. l. 18.
ff. de *precario*, Secus, quam in commodaō l. 5. §. 8. l. 17.
§. 3. ff. *commod.* Attamen hodie, uti dictum, aliter atque ali-
ter, & quidem juxta commune JCrorum dicterium; pa-
ce dant legem, practicatur; sic Pühel sub Præsidio Strau-
chii Disput. de *precario* c. 4. §. 6. sequentem refert formulam eines Bestand und Gnaden- Jagens von H. L. F.
Hr. hoz zu Württemberg, und Leid/ Grafen zu Mühl-
bergart/ Herrn zu Heydenheim n. WitP. P. Vormund

und *Administrator* bekennen öffentlich / und thuen kund mit diesem Brieff männiglich / daß wir Unsern Vor- munds- Lehenmann, und lieben Getreuen / Adamen von Aw, auf sein beschehen unterthänig Ansuchen und bitten, auch gepflogener Handlung / gnädig vergund und bewilligt haben, in nachfolgenden Bezirk N. N. und nichts weiter, nächstgemeld- und conditionirter massen, nach Hasen, Füchse, Reh, auch roth und schwarz Wildpräth zu richten / zu jagen / und zu büren, dagegen soll er Adam von Aw, unserm Land- Voigt zu Tübingen zu jährlichen Bestand- Geld. N. N. und zwar jedesmahl auf Michaelis das halbe Theil / und das andere halbe Theil auf Lichtenfeß / und auf solche Zeit nachkommende das erstemahl an guter genehmer Gewehrung erstatten / und zu seiner sichern Händen liefern. Der Bestand soll 6. Jahre lang sich erstrecken / und er Beständner selbigen solche Zeit über zu halten obligiret, sein übergebender *Revers* auch dahin expresse gerichtet seyn, darneben solle uns zu allen Seiten frey und bevor stehen / solchen Bestand und Concession wieder zu casiren, die Jagten an uns zu ziehen / und allerdings aufzukündigen, &c. In übrigen soll er Beständner auch schuldig seyn, dieses ihm concedirten Bezircks Fürstl. Jura zu manuteniren, und beneben diese Concession über kurz oder lang vor keine Gerechtigkeit anzuziehen. Ideo etiam, si quis per multos annos ejusmodi Venationibus Precariis, solcher Gnaden- Jagten, usus sit, nec eæ revocatæ fuerint, non tamen per hoc in imperantes, velejus heredes jus aliquod singulare confertur, sed potius, non facta revocatione, dicitur continuatio Gratia, quæ potius debito cum respectu acceptanda, quam contra intentionem concedentis, vel permittentis (non abs que

que vitio ingratitudinis) interpretanda est. Vid. Speidel.
 Spec.Var.notab.voc Gnaden-Jagten.Idem cap.V. §. 4. has
 refert locationis literas: Wir iherkunden hiermit und be-
 kennen, daß wir auf unterthäniges Ansuchen / unserer
 Unterthanen zu M. N. als M. N. das zu unsern und un-
 serer herzgeliebten Gemahlin Erb-Lehn-Gut M. gehö-
 rige Wiesen Fleck / so auch theils zu Ahr-Acker gemacht-
 und gebraucht wird, genannt von Walburgis instehen-
 den 1668. Jahres an / bis auf Wiederrussen, so einzig
 und allein bey uns / und unser herzgeliebsten Gemah-
 liu Lbd. Erben und Nachkommen oder dem Hause M.
 keines weges aber bey ihnen, ihren Erben und Nach-
 kommen, stehen soll / und Bescheid-Weise vorgestalt
 eingethan / daß sie dasselbe (ausgeschlossen das Gehöl-
 ge, und daselbst wachsenden Kieschopffen, welches bey-
 des zu unserm Guthe M. gebraucht wird) an Wiesen/
 Ahr-Ackern und Ländereyen ihren besten nach pflegli-
 chen nuzen, und darvon jährlichen 60. fl. an Gelde, je
 desmahl auf den Tage Walpurgis zum Pacht-Gelde
 in mehr gemeldtes unser Guthe M. gegen Quittung er-
 legen, und damit noch fünfzigste Walpurgis den An-
 fang machen sollen. Adde D. Lyncker, in Disp. de Bene-
 placito sect. I. tb. 4 pag. u.

§. 2. Supra cap. 2. §. sub. num. (4.) p. 13. si entio injecta Recadentia
 de Recadentia fictionem juris postliminii; illius vi omnia
 in patria sunt inpendenti manentque in suspenso, is qui
 captus ab hostibus & deinceps reversus omnia jura tam acti-
 va quam passiva recuperat, eaque in eum restituuntur,
 singiturque, ac si nunquam apud hostes fuisset; adeoque
 iure Recadentiae Pater captus recuperat jus Patriæ pot-
 estatis; Filius familias reversus recidit in patriam potesta-
 tem §. 5. J. quib. modi jus patr. potest. solvi, inde etiam est, quod
 qua

quæ filius medio tempore quæsivit, pater reversus, tan-
 quam sibi quæsita occupare possit, jure peculii, etiam de-
 finito pridem filio *l. pen. ff. de suis & leg. ber.* hinc etiam,
 quod patre reverso denegetur actio creditoris, a quo filius,
 dum pater apud hostes est, mutuam pecuniam acce-
 pit, quasi contra SCtum Macedonianum credita sit *l. §. 1.*
de SCto Maced. Denique inde est, quod Ulp. respondit, non
 posse ei, cuius pater in potestate hostium est, tutorem
 dari *l. 6. §. ult. ff. de tutel.* qui recte utique daretur, si filii
 interim pro iis, qui sui juris, sunt, haberentur. Secut
 autem postliminio reversus jura recipit, ita & in ipsum
 jura restituuntur *l. 6. §. catena de captivo & postr. Vinn. in Comm.*
ad J. de §. 5. Sivero deceperit vel pater vel filius captivus
 apud hostes, econtrario fingitur *ex lege Cornelia*, ac si sta-
 tim ab initio in praetorio liber obiisset, ac nimirum apud ho-
 stes fuisset, singulari humanitatis ratione, ne antea bene
 acta & disposita, v.g. testamenta & alia propter superven-
 tientiam servitutis irrita habeantur *cit. §. 5. add. Dni. a*
Fuchs nitidissimam Parapbrafin ad dictum §. 5. Haud ine-
 leganter nube queritur; an, ad obtinendos supra recen-
 sitos effectus, hodiecum opus hac fictione juris postlimi-
 nii? an vero, sine hac fictione capti a Turcis, Saracenis
 aliisve Barbaris gentibus denuo reversi simpliciter res &
 jura sua per Recadentiam recuperent? Putat D. Schiltet
 in Exercit. ad ff. 2. tb. 2. hodie non opus esse fictione juris
 postliminii quoad Christianos captivos & recuperatos a Bar-
 baris; cum tales captivia nostris immrito habeantur pro
 servis proprie sic dictis: indeque, ut mihi videtur, con-
 sequens fore, si talis captivus apud Turcas, in praesen-
 tia idoneorum testium, forte Christianorum, de bonis suis
 in patria sitis testamentum idonee ordinaret, in ecque
 præter alia forte etiam de tutela liberorum suorum di-
 spo-

sponeret, illius dispositionem ad nos perlatam merito servandam & executioni mandatam esse, quod secus se habet quoad captivos de Jure Romano. Bene enim Co-varruias *Tom. I. ad. Peccatum de R. J. in b. p. 2. §. II. de Capt. n. 6. p. 5. 10. contra communem opinionem*, (cui opinioni adstipulatur Ludwel de Ult. *Vol. c. 2. p. 54. Strauch. diss. ad ius just. i. t. b. 17.*) Ego sane, inquit, video maximam esse discrimen causam inter bella Romanorum, & ea, que Christiani adversus infideles, qui nos undique impetunt, gerimus. Quorum quidem Infideli aggressiones non possunt aliqua ex parte esse licite; ne itidem defensores: cum provincias Christiani nominis tyrannice & prorsus atrociter occupaverint. Quamobrem, nisi aliud lege humana statutum in specie sit, opinor, erga Christianos captos a Turcis vel Saracenis non esse servandas *LL. Romanas*, que de captivis apud hostes loquuntur, nec esse necessarias fictiones *L. Corneliae & Postlimii*: quamvis in his, que possint in favorem cedere captivorum, equissimum sit, imo etiam ex parte justum, easdem *LL. servare*. Nec enim Respubl. Christianae convenit, prater ipsam captivitatis afflictionem, daminum aliud, aut detrimentum Christianis apud Saracenos vel Turcas captiuis irrogari. Contingit ergo hodie, ex probabiliori hac sententia, quoad reversos, simpliciter Recadentia, iurium & rerum in patria reliectarum, circa specialem factonem juris, ita, ut in suum favorem tales persona Christianae a Barbaris captae a nostris plane pro servis propriis dictis non habeantur, licet alias in dura & omnino servili conditione vivere cogantur. Hodie Christiani adinvicem servitutis jus durissimum abrogarunt, ut nec inter ipsos quoad captivos fictione juris postlimii opus videatur. Enim vero in Germania, imo Orbe fere Christiano, sensim obsolevit servitatem formalem, tralacitum est; Christians in dignum

D

vide-

videbatur, religionis consortem pro mancipio habere.
Atque ideo Pontifex *Pius V.* constitutione sua (quæ extat apud Petrum Mathæum in summa constitutionum P.P.) omnes captivos suscepit sacro baptismate liberos effecit. vid Böckelm. in *Comm. ad ff. de statu Hominum n. 18.* licet multi adhuc hodie dubirent, an Turcæ, contra quos jure Talionis servitus in usu, recipientes Christianam Religionem & baptizari liberentur a dominica potestare; quod neque ego crediderim, imprimis, si nimio sumtu sibi quis tales personas comparasset. Jus Recadentiæ porro locum habet in servorum manu missorum ingraitorum revocatione vid. omnino l. 2. 3. 4. C. de libert. §. 1. f. de capit. dem. & quidem ob causas in legibus expressas, vel iis pares, aut graviores, quales sunt in l. alimenta ff. d. agn. lib. l. 2. C. eod. De hinc, si in fraudem Patroni a libertis alienatio bonorum facta, merito jus Recadentiæ per Revocationem a Patrono faciendam, locum habet. vid. tit. C. Si in fraudem Patroni. Hæc jura quoad Turcas & Barbaros hactenus captos optime adhuc applicari poterunt.

Recad. quo. ad homines proprios. §. 3. Jus Recadentiæ conspicitur quoque ex moribus Germaniæ quoad homines proprios, bey denen. Leibeigenen Leuten, tam quoad suas personas, quæ, si aufugerint in aliena terra, juste vindicari & asseri in priorēm conditionem poluant, vid. Gail. de Arrest. cap. 8. num. 14. Et seq. Mevius ad *Jus Lub. lib. 1. tit. 3. artic. 3.* quam quoad bona, Domini enim jus RETRACTVS sive jus protimiseos competit, quoties coloni prædia, quæ ab ipsis recognoscunt, vendunt, aut alienant; quo etiam referas jus MORTVARIVM sive CAPDVCM, quod Domini post mortem proprii hominis in ejusdem habent bonis. De quibus latius Husan. de servitu hominib. prop. cap. 7. num. 58. de hoc etiam testatur Lehman. Chormico spir. lib. 4. cap. 22. pag. 352. lit. D. his verbis;

dem.

deinach kein Leibeigener sein Haab und Nahrung seinen Erben hinterlassen, oder durch Testament oder anderer Weis verschaffen können, sondern solches alles dem Erbherrn mit gewisser Maas verfangen gewest, hat der Kaiser mit zuthun der Fürsten des Reichs alle die, so in der Stadt Spener ihre häusliche Wohnung angestellt, und zu Inwohnern angenommen worden, dergestalt befreyet, das sie Macht und Zug haben, mit ihrer Haab und Nahrung ihres Gefallens zu schalten und zu walten, darmit zu testiren und verschaffen, wie recht und billich ist. *Conditionem hujusmodi hominum propriorum prodiversitate locorum Germaniarum admodum variat; hinc optimum, Consuetudines eujusque loci præcise attendere.*
Addit. Str. von Lewen Censur. Theor. for. lib. 1. c. 2. n. 4. D.
*Struv. synt. jur. Feud. cap. 2. apb 10. n. 7. Licet vero quædam serviruria vestigia in ejusmodi hominibus propriis apprehendantur, ut tamen revera sunt liberi, & capaces omnium eorum, a quibus per specialia statuta & consuetudines non excluduntur. Lauterb. in Controv. jur. pos. vol. 4. lib. 1. Joh. Herm. Stamm. de servit. person. lib. 3. C. 17. n. 1. Add. Majer. in laudato Comm. ad Inst. de jur. person. §. 4. & 5. p. 123. Quoad Hermaphroditos sive Andrecynos (horum status una cum nomine Rennemannio in Juri spr. memb. 1. disp. 1. th. 18. suspectus, imo plane fabulosus videtur) quereri etiam potest; si neu er in iis prævaleat sexus, (prævalenti enim tunc annumerantur. Carpz. lib. 2. def. Conf. 16. num. 10. Bal. An Recad. quoad Her-
*maphrodi-
tos?**
ius. 10. ff. de statu homin. Sanchez. de matrimonio lib. 7. D. 106. num. 2. & si virilis sexus in eo prævaleat, in feudo quoque masculino quod notaru dignum, succedit. Land. Recht. lib. 1. art. 4 Cypr. de sponsal. cap. 9. 43. Carpz. Conf. lib. 2 tit. 1. def. 16. num. 10. S. harder de feudis par. 7. c. 5. n. 18. Sonsbee. p. 9. n. 74. Schneidewin. p. 6. de succ. ff. de sc. num. 39. Schnobel. de feud. diff. 6. §. 26.) & utroque potentes sint sibi que elegerint.

rint alterutrum, vel masculinum vel foemmininum, (quod iis hoc casu in contrahendis matrimonii licitum. Sanchez. de matrim. dict. loco n. 6. Caranza. tr. de part. cap. 17. n. 68.) si denuo sexum electum, & cuius se applicaverunt, mutare velint, an juri Recadentia ibi locus? quod videtur negandum; quem enim semel elegerunt ac optarunt, eum perpetuo servare tenentur, Sanchez. dict. loco Guiterez. de matrim. cap. 17. Zach. 3. quest. med. leg. tit. 1. q. u/l. num. 1. 2.

De Recad.
quoad Al-
binagii jus.

§. 4. De jure Albinagii, in Gallia potissimum usurpati, vicujus bona eorum, qui non cives, sed peregrini & alibi nati (inde enim putat Albinagium dictum) adeque in peregrinitate mortui sunt, fisco domini territorialis, ubi haec tenus commorati, applicantur, non immerito queritur; an justum illud sit? vel, an potius, iuris Recadentiae, demortui extranei bona ad familiam, unde quis oriundus, reverti ex aequitate debeant? Ab omni aequitate alienum hoc jus quibusdam videtur, de quo, si quis plura scire defideraverit, videri potest Bodin. de Republ. lib. 1.c. 6. n. 62 & seqq. Choppin. de Domainio Francie lib. 1.c. II. Papon. Arrest. lib. 5. tit. 2. du droit d Aubeine. Springsfeld. de Apannage cap.

7. n. 68. seqq.

Recadentia
in servis in
fraud.
Cred. alic-
atis.

§. 5. Elegans porro exemplum Recadentiae nobis sifitur, in lib. 1. tit. 6. Inst. qui & quibus excusis manumittere non possunt, ibi enim §. 3. servi manumissi in fraudem creditorum, si sc. dolus & effectus conjunctim adserit, mediante actione Revocatoria, a Creditoribus instituta, in pristinam servilem conditionem, ut iis inde satisfiat, revocantur quæ actio admodum affinis Paulianæ, de qua supra cap. 2. §. 4. actum.

Recadentia
dotis.

§. 6. Recadentia valde conspicua in materia dotis; finito enim matrimonio maritus dominium dotis, haec tenus civile sive utile, amittit, idque, si ab uxore constituta dos sit, consolidatur uxoris adhuc viventis (alias dos regulata).

ri-

riter redit ad Parentes, a quibus forte profecta, vel heredes uxoris defunctæ l. un. C. de R. II. A. 1. 6. ff. de jur. dot.) ha-
cenus, stante matrimonio, tantum naturali, sive, ut Carp-
zov. Vol. Disp. H. P. J. de Jur. fam. sing. dec. 5. poj. 3. num. 23.
28. & 29. adde P. 2. C. 37. a. 2. num. 5. p. 2. C. 42. D. 19. n. 20. dicitur,
directo dominio (quibusdam etiam dicitur *dominium in spe*,
in quiete vid. Dn. a Rhetz. meditat. ad Inst. lib. 2. diff. 10. positi-
23. pag. 154. & Malcomeius in notis ad Wessenb. tit. d. jur. dot.)
Distinguuntur tamen inter res dotales mobiles & immo-
biles. Mobiles a marito potuerunt alienari l. 21. ff. de manu-
miss. l. 3. C. de J. dot. l. 1. C. de seru. pign. dat. sufficit ergo earum
estimationem restitui. Quoad Jus Saxonum notandum,
dotem, in pecunia numerata, vel rebus mobilibus consi-
stentem cedere marito superviventem, ut hæredi Mobiliori,
neque earenus Recadentiam locum habere. Carpz. p. 3. C.
II. d. 31. n. 13. p. 1. decif. 16. n. 5. 6. & lib. 4. tit. 3. Resp. 22. n. 15. le-
gitima saltim liberis relicta. n. 16. Immobiles non item ali-
enationi obnoxiae l. 1. C. de fundo dot. ali. ita, ut nec omne jus in
illis possit transferri l. fin. C. de reb. alien. non alienan. e. g. op-
pignorari l. unic. §. 15. C. de R. II. 4. nec servitudes stricte ita
dictæ. Temporareum tamen jus commoditatis, v. g. usus-
fructus, a marito alteri constitutorum Prætor tuetur l. 1. pr.
ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. 9. §. 1. ff. ususfr. quemad. car. Re-
soluto vero jure constituentis, solvitur hujusmodi quoque
ususfructus. l. 31. ff. de pign. c. un. §. rei aut lib. 2. Feud. tit. 8.
Sic etiam pater vel extraneus, imo ipsa uxor marito suum
feudum in dotem conferre potest, non vero diutius talis
constituta dos durat, quam constituentium jura feud. vid.
Fachin. controversial. cap. 78. & C. 1. 2. F. 77. it. c. 1. 2. F. 13. non ob-
stante c. 1. §. donare 2. F. 9.) remitti vel imponi, nec servitudes
fundo dorali quæsitæ præscriptione amitti l. 5. ff. de fund.
dot. (quia uxor constante matrimonio non potest agere,

& præscriptionem interrumpere; Et autem qui agere nequit, non currit præscriptio. Coepol. de S. U. Pr. l. 14. n. 10. Padilla in l. 5 in provinciali n. 18. C. de servis. Campejus de dote p. 2. q. 75. Sed limitatio hujus legis habetur in l. 16 ff. de f. tot. Brunnem. ad d. l. 5 ff. de fund. dotal. Confer etiam Honorat. D. Parent. Consil. decisiv. 41.) nisi immobilia æstimato, venditionis, non taxationis gratia (si taxationis gratia, ita, ut maritus aut rem æstimaram, aut æstimationem solvat, nisi aliud sit expresse auctum, electio est mariti l. 10. §. 6. ff. de jure dor.) in matrimonium translatae; nam tum vera sit venditio, ac premium portus, quam ipsa res in dotoem data esse viderur l. 5. §. 10. C. de jure dor. l. un. §. 15. C. de R. U. A. Carpz. p. 3. C. 23. d. 26. Hiuc etiam est, quod æstimato, venditionis gratia rerum translatarum periculum maritus ferat Carpz. lib. 1. tit. 10. Resp. 106. num. 7. Contrarium in aliis dotalibus etiam mobilibus obtinet, in quibus periculum & diminutio ad uxorem spectat Carpz. p. 2. C. 24. d. 2. & lib. 6. tit. 6. Resp. 50. num. 3. Nisi culpa mariti levi, vel, si in his diligenter, levissima (in omnibus enim contractibus, quod probe notandum, si quis in suis rebus accidit, etiam major lege alias determinata diligentia, ex ratione l. 32. D. depositi præstanta Conf. omnino D. Struv. synt. Jur. Civ. Ex. 19. lib. 25. verb. verum licet. Franck commodati ff. n. 54. Brunnem. ad l. 17. ff. de jure dor.) damnum datum d. l. 17. Rerum vero pecunia dotali emtarum dominium perpetuo penes maritum ejusve heredes maner, adeoquo quantitas pecuniae finito matrimonio tantum solvenda arg. l. 10. 12. C. de Jure dor. fructus quoque, ante & post matrimonium e dote percepti restituti ac Recadentia obnoxii l. 7. de jur. dor. l. 38. §. 12 ff. de usur. l. 7. l. ii. l. 31. §. fin. ff. solvit. matr. quæmad. dos pet at. l. unic. §. 7. C. d. R. U. A. Ultimi anni fructus pendentes pro rata tantum restituuntur l. 5. §. 7. §. 1. solvit.

*sunt. matrim. quemad. dos pet. ibidemque Brunnem, qui
probe notandus, quoad computationem anni faciendam.
Porro Thesaurus infurdo dotali inventus dotem quidem
auger, constante matrimonio, restituendus tamen cum
ipsa dote l. 7. §. 12 solut. matr. Quid vero juris quoad im-
pensas in res dotales a marito factas? de eo vid. tit. 1. lib. 25.
ff. & ad eum Lauterbachium, qui more solito, accurate
& succincte hanc rem ibidem expedit: ubi noranter in
l. 56. ff. de jure dot. disponitur; quod, si in fundum per par-
tes tantum sit impensum, quanti fundus ipse est, eo casu
fundus dotalis esse retinat; adeoque Recadentia via præ-
scindatur, nisi mulier sponte marito intra annum offerat
expensas. Remedia vero obtinandi & manutenendi R E-
CADENTIA M. dotis sunt vel petitoria vel possessoria.
Petitoria sunt actio ex stipulatu, cuius causal. un. C. de R.
U. A. Præscriptis verbis l. un. §. & §. 13. C. d. R. U. A. l. 6. C. de
jur. dot. Rei vindicatio l. 30. C. de jure dot. Carpz. p. 1. decif. 57.
n. 18. Haec actiones constante matrimonio regulariter non
habent locum, nisi maritus ad inopiam sit redactus l. 29. l.
30. C. de jure dot. vel uxor ad alendum patrem dotem exigat
&c. vid. Perez ad tit. C. si dos const. matrim. neque datur
contra maritum actio Pauliana, si pater magnam dotem
in fraudem creditorum dederit, mode maritus sit in bona
fide l. fin. in fin. que in fraud. cred. neque ob ingratitudinem
dos revocari posset, cum sit donatio ob causam, non habens
simpliciter qualitatem donationis. Gamma. decif. 163. Gu-
tierrez de Juram. Confirm. p. 1. c. 10. p. 4. Molina Tr. 2. D. J. D.
281. num. 13. Ex possessione dotis, quæ jure retentionis merito
haec tenus apud viduam fuit, Carpzov. lib. 4. tit. 3. Resp. 19.
n. 5. 6. 7. & p. 2. C. 25. d. 8. n. 3. ejcta, tanquam polata, per
R. dium unde vi, vel can. redintegr. s. 3. q. 1. ante omnia
restituatur debet.*

Recadentia
bonorum
paraphera-
nalia.

§.7. Quid vero soluto matrimonio quoad Recadentiam in paraphernalibus, quæ sunt bona a mulieribus præter dotalia illata, arque viris concessa administrande, s. fin. vers. fin. auctem. C. de pactis convent. l. 7. §. 3. ff. ac furoz dicitur iuris est? Paraphernalia quantum refert bona in illo id. concordant, horum dominium non transire ad maritum, nec huic in iis quicquam icere, præter custodiam & administrationem, aut quatenus uxor aliquid permisit l. s. C. de P. t. Convent. Thoming. dec. l. 30. num. fin. adeoque nullum eu- bium, soluto matrimonio hæc recdere. Sia marito inde per epri fructus, jure civiliter distinctio, quam Menoch. lib. 3. de presump. cap. 9. per tot. exaggerat, cuius hæc est summa; Aut fructus & reditus nondum sunt consumpti, sed adhuc extani, & uir uxor iure l. solum. §. meaff. d. R. Vind. aut vero a marito consumpti sunt; Et quidem, si voluntate uxor, nulli repetitioni est locus, per d. l. fin. C. de pact. Convent. l. fin. usq. ff. de usur. l. de bis C. de donat int. vir. & uxor. Si autem de voluntate vel contentu mulieris non constet, ad restitutionem in dubio teneri maritum Juri Civili magis congruum est. Moribus & statutis, quod & æquius judicat Mevius ad Jus Lubec Lib. 1. tit. 5. num. 9. hinc multis in locis recessum, veluti Jure Saxonico cau- tum, ut maritus non modo vivente uxore bonorum pa- paraphernalium usum fructu habeat, sed & uxore defun- cta omnia mobilia lucret r. vid. Car. Z. p. 4. C. 21. d. 1. num. 7.8. Fandem coniverudinem in Regione Lubecensi, bi- que finitimi si lo is esse testauit Lector Mevius d. l. & P ar. 2. tit. 2. art. 12. num. 150. p. m. 426. putatque, merito J. s. Civile polponi; um ob multa incommoda, si post multum tem- pus ratio a marito exigere, tum, quod inter conjuges non tam exakte agendum, ut inter extraneos. Add. Mod. P. s. vol. I. cons. l. num. 3. Receptitia bona, quarum sc. ad- mi-

ministrationem uxori marito non concessit, sed sibi reservavit, Spaher: Geld, Spiel: Geld quibusdam dicta, objectum Recadentia constitui nequeunt. De his bonis vid. Mevium d. 1. Lib. 1. tit. 5. num. 3. Merlin. de Pign. lib. 3. q. 54. num. 5. Quemadmodum vero dos, soluto matrimonio, revertitur ad uxorem, uti dictum, ita & donatio propter nuptias, in manibus forte uxoris existens, dissoluto matrimonio, ad maritum vel ejus heredes redit. c. donatio 8. §. sane soluto matrimonio, ex parte de donat. inter vir. & uxor. Confer etiam Magd. P. O. cap. 38. §. 4. verba, da aber das Gez gen: Vermächtniß durch den Todesfall, in Mangel der Kün der zurück fiel, 20.

§. 3. In legitimatione tanti per subsequens matrimonium quam per Rescriptum Principis non immrito qualiter: An Recadentia in patriam potestatem quoad eos locutum inveniar? Legitimati per subsequens matrimonium, haud dubie per fictionem juris censentur legitimati, ad extra effectum, ut in omnibus legitime natis aequiparentur, ita, ut secundum communem sententiam, non tantum in alodialibus, sed & feudalibus, aequo, ut legitimati, ad successionem admittantur. vid. D. Struv. S. J. Feud. cap. 9. apb. 3. nec obest Recadentiae, primum, an secundum fuerit matrimonium No. 10. cap. 4. & N. 89. cap. 8. arg. 1. 8. ff. de Publ. in rem actione. adeoque non nocet, matrimonium cum alia interim contractum vid. Lauterbach. Disp. de legirim. per subseq. matrimonium lib. 16. Dissentit aliquatenus Dn. a Rhetz. in Insti. suis Juris Publ. qui lib. 1. tit. 20. §. 9. ita differit: Verum praxis hactenus neque per subsequens matrimonium legitimatos ad successionem Regionum Germania admisit, & in plerisque territoriis Principum & Statuum Imperii legitimati, etiam a feudis arcentur non regalibus, quieluti expresse caatum est in Recessu Provinciali Brunswicensi zu Gaudersheim. verb.

Recadentia
quoad Le-
gitimatos.

E

woller

wollen wir keinesweges die legitimirte oder Mantel- Kindere
lehnhaftig seyn lassen, & in Ordinat: Polit. Magdeb. cap. 40. §.
und ob wir wohl idem prohibetur: Legitimi vero per Re-
scriptum Principis non recidunt in patriam potestatem,
nisi in tempore, &c. ante legitime natos ex matrimonio
liberos ad successionem legitimati sint; jus enim quæsum
jam natis auferre nequeunt, l. 2. §. 13. ff. ne quid in via publ.
Possunt quidem post legitime natos legitimati, quoad fa-
mam, non vero ad obtinendum per Recadentiam jus sui-
tatis, indeque dependentia jura vid. Carpzov. part. 2. C. 6.
d. 27. Richter de success. ab intest. sec. 1. memb. 2. num. 6. in feu-
dis hos legitimatos communiter Feudistæ succedere ne-
gant, vi §. naturales 2. Feud. 26. vide tamen iterum D. a Rhetz.
c. 1. §. 8. Adde hic D. Struv. Synt. jur. feud. c. 9. apb. 3. n. 8.

All N eos
velegitima-
tionis per
Recad. in a-
vi potesta-
tem veniat?

§. 9. Solennis & elegans quæstio est de Nepote defuncto
suo patre, per subsequeens matrimonium avi, an legitimari,
adeoque recidere in dicti avi potestatem, inter alia ad eum
effectum possit, ut hic censeatur legitimatus, & jure Re-
præsentationis cum defuncti patris fratribus succedat? A-
critis hic inter Dd. contentio, & partim abest, quin cummu-
niter sit persvasum, nepotem non esse legitimum, neque
succedere avo. Gail. 2. obseru. 141. n. 9. ita distinguit: quod le-
gitimetur nepos per subsequeens matrimonium & transeat
in potestatem patriam; Si avus vivo filio cum matre antea
suprata contraxerit matrimonium, fecus filio intermedio
mortuo; & quidem hanc ob causam, quia legitimationis
principium debeat fieri in filio, quo sublatto, non possit in-
cipere a nepote Add. Gabriel lib. 6. tit. de legitim. concl. 1. n. 57.
Porro Lauterbach. in Concl. Forens. Ex. th. 9. ulterius pro-
cedit, & non dubitat asserere; Nepotes ex filio naturali
procreatios; per avi matrimonium non reddi legitimos, et
iam filius adhuc sic in vivis. His masculine se opposuit D.
Schil-

Schilter. in Exercit. adff. 2. tb. 13. & seqq. & ex Jure Civ. pluribus sustiner; Hos nepotes, mortuo etiam patre intermedio, per Avi matrimonium, inter alia etiam ad effectum successionis, jure representationis legitimari, quem vid. omnino de hac materia Add. etiam circa hanc materiam, communem quidem sententiam Gailii sustinentem Böckelm. adff. tit. de bis qui sunt sive vel alien. jur. num. 10 p. m. 49. & D. Majer ad Inß. p. 215.

§. 10. Notabilis casus in Jure Can. & Civ. denegatae Recadentiae; iis enim constitutum est, quod, si Pater vel Dominus filium vel servum exposuit, vel ipsi alimenta denegavit, hoc ipso filius vel servus liberetur a patria vel dominica potestate, nec Patri vel Domino dehinc per Recadentiam strictum jus acquiratur. Vid. c. un. X. de Infan. & lant. expostis. & l. 2. C. eod.

Nulla Recadentia ad quo ad filium vel servum ex postum.

§. 11. Ingratitudo, quae potissimum in duobus (1) in acerbiori convitio. (2) inuria reali, sive manus violentiae illatione consistit, liberorum emancipatorum erga parentes emanicipati recipiunt in patriam potestatem. Liberi ingrati emanicipati recipiunt in patriam potestatem.

Brunnem. ad h. l. Hinc aliqui præter nuptias, legitimatum & adoptionem, ingratitudinem quartum modum acquirendi Patriam potestatem constituere: Verum haec revocatio ob ingratitudinem non tam constitutio quam restituto ejusdem potestatis est, quæ antea ex nuptiis compicitur. Ob delictum quoque concussionis dominus, a servo Servus quovi metuque ad manum suendum compulsus, manumissi que vi & onem illam tanquam nullam revocare licite potest. l. 9. pr. ff. qui & a quibus manum.

§. 12. Jure Civili nepotes ex filio, mortuo avo, solent in Quando potestatem patris sui recidere ejusve sui heredes fieri. pr. f. Nepotes & quib. mod. jus. patr. Potest. solvit. l. 5. ff. de bis, qui sive vel alien. dant in p. omagis E 2 jur. sive vel alien. dant in p. omagis

DFG

jur. (ideoque ob futuram Recadentiam nec iis tutorab
avo potest dari §. 3. *J. de tut.* inde etiam est, quod avus ex
certo filio, Titio puta, sine ejus consensu, nepotem, neptrem
& deinceps non possit assumere §. 5. *J. de Adopt.* Si vero avus
indistincte & tanquam ex incerto filio nepotem adoptare
velit, filii intermedii consensus, quia hic nulla spes Reca-
dentiaz, non desideratur. l. 43. & seq. ff. *de Adopt.* Sed hoc
ita, nisi ipse pater aut mortuus sit, aut jam antea a patre
suo amancipatus l. 41. ff. *de adopt.* quod hodie vix obrinet;
filius enim ducendo uxorem, seque simula mensa & con-
victu Parentum separando, & filia nubendo, licet ædibus
mensaque patris adhuc fruatur a nexus paterno juxta pra-
xim fere imperii liberantur. Carpz. l. 1. *juris pr. Consil.* D. 107.
item p. 2. C. 20. D. 2. n. 9. Richter Decis. 8. n. 72. Phil. Ecl. 77. D.
Stryv. Ex. 3. t. b. 68. Separatio a familia paterna & matri-
monium emancipationem Jure Civ. quandam non ope-
rabantur l. 20. ff. *ad L. Jul. de Adult.* l. 18. *C. de Nupt.* Matri-
monio per mortem alterutrius conjugis dissoluto, nec filius
nec filia a patria potestate semel liberati in eam recidunt, sed
sui juris remanent, quia jus Patriæ potestatis semel ex-
tinetur reviviscere non potest argum. l. 66. §. 1. ff. *de leg.* 2.
Carpz. p. 2. C. 10. def. 2. num. 6. & 7. Nepotis in nuptias non
tantum avus sed & pater consentire debeat, secus in nepte,
ubi avi voluntas sufficit, qvia illo casu invito patri vi Re-
cadentiaz suus haeres agnasceretur, non hoc casu; siqvi-
dem nubens neptis avo defuncto, non prout nepos inpa-
tris recidit potestatem, sed in mariti potestate manet. l. 16.
§. 1. D. de R. N. Brunnem. *ad b. l. cum legit. de stat. hom.* l. 196.
§. 1. *de V. S.*

Readoptio
illicita.

§. 13. Eum, quem quis adoptavit, dehinc emanca-
tum, vel in adoptionem datum ierum non potest adopta-
re l. 37. ff. *de adopt.* signum enim levitatis hujusmodi eman-
cipatio

cipatio censetur; ideoque Juri Civili displicuit nimia inconstantia & variatio adoprantis, indeque interdicta *readoptio* ac Recadentia in pristinam adoptativam conditio nem vid. Brunnem add. 4 Ex eodem principio fluit, quod si quis arrogator filium impuberem arrogatum absque legitima causa emancipaverit, vel ex heredaverit, in ipsum per Recadentiam revertantur omnia suabona & dehinc Arrogatoris bonorum quarta; Divi Plidictas, 3. 3. de adoptione.

§. 14. Proscripti banio Imperii majori, durch die Ober-Acht (nuda relegatio provincialis, die Lands-Verweisung, patriam potestatem & ejusmodi jura non tollit §. 2. 3. quibus mod. jus patr. pot. fil.) restituti, restitutione justitiae & generaliter Parentesjus patriæ potestatis quoque per modum Recadentiae recuperent l. ult. §. 4. ff. de sentent. pos. & restitus. Dum enim probant, se inique ac innocentes esse proscriptos, contemnatio retro nulla exsirit. Ex mera autem gratia restituti, nisi in specie ad patriam potestatem restituantur, licet ad patriam redeant, illam haud recipiunt, sed oportet, ut nominatio quoad ipsam sint restituti l. 6. & 9. d.e. Hinc Sereniss. Elect. Saxon. Div. Johannes Fridericus peculiäliter quoad Patriæ potestatis in liberos effectum restitutis legitur, de quo vid. Hordlede-
rus im Anfang und Fortgang des Deutschen Krieges. Dn. a Rherz. in Mediat. academ: ad Inst. Jur. Civ. Justin. dissert. 6. tb. 14. p. m. go.

§. 15. Valde celebres Recadentiae in l. 3. & 6. C. de secund. Recadentiae Nupt. in odium secundarum nuptiarum, & contra in favo rem liberorum anterioris matrimonii Jure C. v. introductæ; ex odio secundarum Nuptia. Dicta enim in leg. 3. constitutum; quod Parens binubus, a priori conjugi quoconque titulo sibi donara, aut relata, non alienare aut transferre in extraneam personam possit, sed quod tantum retineat eorum usumfructum, re-

servata prioris matrimonii liberis proprietate, morte parentis ad eos recidente: quæ lex communiter etiam in praxi utiliter ad Patrem, ex identitate rationis referrur Boër. decisi. 187. Gomerz. ad l. Tauri 14. n. 4. Gail. l. 2. Obf. 98 n. 2. & plures, quos citat Sande lib. 2. tit. 3. def. 2. Nec ineleganter in d. l. 6. Edic. alii dispositum; quod viduus aut vidua, existentibus ex anteriori matrimonio liberis, secundo conjugi non plus per ultimam voluntatem, dotis, aut donationis proper nupicias ratione, aut per ullam aliam quam libet dispositionem dare aut relinquere possit, quam unius liberorum ex anteriori matrimonio nato, qui minimam ejus hereditatis partem accepit; & si quid extra id datum, aut constitutum, liberis ex anteriori matrimonio natis in torum cedere id debeat; nec in fraudem hujus legis pacta dotalia contrarium disponere atque uxori ejusve consanguineis plus conferre possunt. Confer Simon von Leeven, Cenf. For. lib. 1. c. 12. num. 14. & cap. 13. num. 29. Haecque portio superflua per Recadentiam devolvitur ad liberos primi matrimonii, inter quos, exclusis secundi matrimonii liberis, eorumque marre, æqualiter est dividenda, licet patre beneficium d. legis expresse & in specie prohibuerit. Vide Lauterb. in Concl. for. disp. 20 t. b. 4. Neque bac lex de Jure Canonico, neque universalis Germaniae consuetudine abrogata, ut multi opinantur; Abrogationem igitur illius afferens, illam merito probare tenetur. Idem cit. l. lib. 6.

R ecadentia arrarum sponsalitiam rum. §. 16. De Arrhis sponsalitiis jucunda quæstio est, quando addantem recidant, quando non? Vel datae sunt in signum contrahendorum sponsaliorum, de futuro scilicet; (sive sine mentione sponsaliorum, simpliciter virginij annulus, catena, vel aliud quid oblatum, donandi, non vero subarrandi nomine datum censetur; adeoque, non secutis sponsalibus, nec Recadentia id obnoxium B. Lauterb. disp. de

de Arrba tb. 95.) & tunc, si sine causa satis prægnanti di-
 scedatur, sub amissione arrharum *simplicium* a dante, sub
 restitutione *duplicarum* ab accipiente, omnino recedi pot-
 est arg. l. 5. S. 1. C. de *sponsal.* l. 16. C. de *Episc.* audient. adde c. nulli
 X. de *accusat.* l. 9 ff. de N. G. Lauterb. de *arrba* tb. 155. Si datae
 sint in signum sponsaliorum de præsentis contractorum, ut
 a talibus sponsalibus nec sine arrhis datis, Carpzov. lib. 2.
 def. consil. 73. ita eo magis nec iis datis, sub ammissione
 vel *simplicium*, vel restitutione & Recatentia *dupli-*
carum resiliit potest. Mag. P. O. cap. 37. §. 45. utrum
 etiam sub datione arrharum conditionate sponsalia con-
 tracta sint; conditio enim expectanda. Carpz. lib. 2. def. Con-
 sil. 21. Mag. P. O. d. cap. 37. §. 24. nec interim sub ammissione
 datarum; vel restitutione & Recadentia acceptarum rece-
 dendum. Lauterbach Disp. de *Arrba* tb. 119. 120. Matrimonio
 vero intersponsos, forte obcrimen alterutrius, v.g. adul-
 terium, non securo, simplum, arrha nomine oblatum a
 dante amittitur, duplum ab accipiente restituitur l. 5. C. de
sponsal. Quod si in sponsalibus clandestinis, v.g. ubi paren-
 tum consensus deficit, arrha data, his declaratis a Consili-
 torio nullis, arrha simpliciter ad dantem recidunt l. 5. C.
 de *sponsal.* Lauterb. de *arrba* tb. 41. Quamvis, nostris mo-
 ribus, quibusdam in locis arrha tali in casu non partibus,
 sed in pecuniam fisco vindicentur: unde, teste Carpz. lib. 2.
 d. 21. ins. fine, ita prouinciarum: P. P. Dass sie beiderseits die
 einander gegebene Mahl-Schäze wieder auszuantworten,
 und anhero in das Ober-Consistorium einzuschicken. Lauter-
 b. de *Arrba* tb. 153. adde Mag. P. O. d. cap. 37. §. 46. Quod
 si neutrius culpa nuptiæ non sint securæ, ut, si sponsus vel
 sponsa præmoriantur, atque sic unius morte matrimonium
 impediatur, arrha simpliciter reperitur l. 3. C. de *spons.* et
 iam si osculum intervenerit, quod quidem interdum im-
 pe-

pedit totalem sponsalitiae largitatis, sed non arrha repetitionem l. 16. C. de don. propt. nupt. vid. Lauterb. de donat. propter nupt. tb. 10. facilius enim retinetur sponsalitia largitas, quippe quæ ad amorem & benevolentiam conciliandam donata est, d. l. 16. quam arrha, quæ alia ex causa & probationis gratia tantum intercessit. Lauterb. l. tb. 136. § 138. Adde Majer. ad Inst. p. m. 163. Concluso matrimonio, juxta principia Juris Civilis, arrha, utpote secuto matrimonio & fine intento, non secus, ac pignus soluo debito, recidit ad dantem. Lauterb. de arrba. tb. 172. petiturque condicione sine causa l. 11. §. 6. in fine ff. de actione emti. fructibus tamen interim perceptis, si restructifera, non recidentibus, sed remanentibus apud possessorem hactenus, utpote dominum, licer temporareum arg. S. item ea. 19. J. de R. D. l. 24. 6. ff. de A. R. D. Lauterb. de arrba. tb. 125. nostris moribus hic itidem plerisque in locis non recidit arrha; sed accipiens eam retinet, donandique anitio præsumitur data. Lauterb. d. l. tb. 148. seq. & disput. de donat. propter nupti. l. 16. 41. Porro notandum, statim post copulam sacerdotalem alterutro conjugé mortuo, superestitem nec statuariam portionem, nec pactis dotalibus assignata lucrari, verum ea recidere in familiam & hæredes demortui conjugis. Carpz. p. 3. C. 19. D. 3.

Recadentie tutelares. §. 17. Intutelis quoque Racendentia se exercit. Mater, uiri notum, secundo pubens protinus liberorum primi matrimonii desimit tutrix esse. N. 94 cap. 21 in fine: mortuo postea marito eam reassumere nequit, sive liberos ex posteriori matrimonio habuerit, sive non; neque enim datur regresus illis, qui semel iuri suo renunciarunt. l. 14. §. 9. ff. de aeril. edit. Boer. decif. 266. n. 4. Mynsing. Cent. 3. Obs. 83. impedimentum enim tutelæ est solus ad secunda vota transitus d. N. 94. Quod si vero tutela renuncier, quasi ruptura, nec

nectamen nubat, forte ob p̄c̄nitentiam, æquior sententia, eam recidere in matrem, quia nondum efficaciter eam amisit, utpote cum contractæ demum nupræ eam atulela removeant, aut. sacram. C. quando muli. tutel. offic. d. Nov. 94. cap. 2. Carpz. tr. de jur. fam. dec. 2. pos. 1. n. 42. Non tandem tamen, quod si vitricus bonæ famæ sit, hodie secundum praxin, secundis nuptiis contractis, mater, quod secus se habebat jure Civili, non raro ex decreto magistratus retineat educationem. Carpz. p. 2. C. 11. d. 42. § 43. consentit. M. P. O. cap. 43. §. 19. Res pupillorum immobiles & quæ his æquiparantur, ut sunt pretiosæ, l. 22. C. de amici-
nistr. tutel. deficientie justa ac necessaria causa, ac sine de-
creto Magistratus alienatæ, residunt in pupillum, alienatio-
ne ipso jure nulla declarata. l. 6. & 12. C. de prædictis. Et alienat. min. scilicet quoad damnum pupilli; secus si pupillo
forte contractus utili, vid. Lauterb. ad ff. tit. de rebus eco-
rum, qui sub tutel. s. nec ipse tutor a pupillo quid eme-
re potest. l. 7. §. fin. l. 34. §. fin. ff. de cont. emt. l. 5. §. 2. & 3.
ff. de aut. tutor. idque ob fraudulentæ administrationis su-
spitionem; nisi habeat contutores, vel si a Creditore
aut Magistratu in auctione publica res pupilli distrahan-
tur. l. 5. §. 2. & seq. l. 5. ff. de autorit. tutor. Carpz. p. 2. c. 11.
d. 33. Contrarium si factum, bona Recadentia obnoxia Conf.
M. P. O. d. cap. 43. §. 27. & 28. Pupillus sine tutoris auto-
ritate debirum solvens, nihil agit. l. 9. §. 2. ff. de aut. tutor.
l. 14. in fin. ff. de solut. §. fin. §. quib. alien. licet. Sed
ipse rei solutæ dominus manet. d. l. 9. §. 2. d. l. 14. §. ult.
adeoque recidit, expansque reperti potest. A falso
quoque tutori gesta, mediante Recadentia retractantur,
ac in priorem statum revocantur, tot. tit. ff. quod
falso tutori obligatur tamen contrahens, si pupillus
cum consensu veri tutoris id dein ratihabeat, l. 13. §. 29. d.

F

A. E.

A. E. V. arg. l. 14. C. de. procur, vide Honorat. D. Parentem in Tr. de Ratif. c. 3. num. 106. seq. In Tutorum, Reipubl. causa absentem, in cuius locum interea Curator surrogatur, §. 5. l. d. Cur. tutela, ante iter suscepta, post redditum statim recidit, contra ad novas tutelas post redditum vocatus, anni habet vocationem. §. 2. l. de Excus. Tut.

CAPUT V. DE RECADENTIIS EX JVRE RERVM.

S. I.

Recadentia ferarum. In feris bestiis occupatis conspicitur Recadentia in pristinum statum & conditionem, s. ut loquitur Imperator in §. 12. J. de rer. divis. tuam iterum edas erit custodium & in libertatem naturalem sese repperit; tunc enim occupantis rursus fieri potest: Nonanter vero adjicitur; quod tunc demum naturalis libertas videatur recepta; cum vel oculos tuos effugeris vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus persecutio; adeoque Recadentia in pristinum statum minime contingit per ferar bestiar fugam, verum, si simul difficilis spes perssequendi & recuperandi sit; antea ergo non amittitur dominium. Eleganter quoque id decissum in amisione exanimis apitum §. 12. d. 1. ita enim habent verba: examen quoque, quod ex alveo tuo evolaverit, eo usque intelligitur esse tuum, donec in conspectu tuo, nec difficilis ejus persecutio sit; hinc porro conficitur, quamdiu dominus hactenus in persecutione hujus feræ, & aliqualis spes recuperandi sit, quod nemo aliis intercipere hancce ferarum posit, cum nondum plene recidisse in pristinam naturalem libertarem videatur. H. Grot. quidem de J. B. & P. lib. 2. c. 8. §. 3. ulterus procedit, & putat, quod si γνωστα crepundia, s. signa feræ aufugient: appensa sint, ut internosci possit, cuius fuerit, eam juste non retineri ab occupante, sed ex aequitate reddi pristino do-

domino; adeoque Recadentitam hujus feræ in pristinam liberratem tunc demum videri factam, si præter (1) fagam (2) difficultem persecutōnem & (3) derelinquendam animus, & nulla appensione signorum colligatur quod tamen vix in Praxi observabitur. Confer. D. Frommann de amissione rer. fortuit. tb. 8. qui Imperatoris sententiam, quam & ipse credo probabiliorem contra dissentientes defendit.

S. 2. Porro jucundum est inquirere, quibus in casibus quoad thesaurum jus Recadentiae locum habeat; Et quidem, si pecunia, vel pretiosa, forte mobilia alicubi inventantur, forte cum schedula significante a quo deposita, tunc non considerantur ut thesaurus, utpote cuius definitio est, quod ejus memoria non extet; adeoque deponentis hereditibus ope Recadentiae obveniunt. Quin & si sine tali schedula pecunia, noviter & non ita pridem cusa, in fundo forte emto reperiatur, tunc ex præsumptione a venditore, vel ejus antecessoribus sub terra forte deposita censetur; imprimis, si vendens vel ejus antecessores divites fuerint & nulla pecunia post mortem reperta. Carpz. par. 2. C. 53. d. 10. adeoque venditori, vel ejus hereditibus restitutio facienda. Quid vero juris, si v. g. haeres in fundo sub conditione lagato, vel, si emtor in fundo sub conditione resolutiva emto, vel accepero, aut retrovenditioni obnoxio, rem pretiosam, qua longa verustate dominum amisi, invenerit. V. Ipsi, tanquam veris lice temporareis locorum dominis tota invanta omnino relinquenda. Lauterb. diff. de Thesauri; tb. 24. singulare quidem in marito quoad thesaurum inventum in fundo dotali; constanter matrimonio in ipso inventum sibi quidem acquirit, verum soluto matrimonio cum ipso fundo dotali dimidiam ejus partem restituere jubetur l. 7. §. 12. solut. matr. Lauterb. ibidem. Emphyteuta & Vasallus, juxta Carpzovium par. 2. Conf. 53.

Recadentia
thesau-
rum.

*Def. 6. n. 7. in fundo suo inventum thesaurum retinent. Confer. etiam D. Struv. *Synt. jur. Feud.* cap. 12. apb. 5. Sivero alias in fundo quodam, emto v.g. habet jus ad rem, thesaurus nihilominus inventus penes venditorem, adhuc dominum manet arg. l. 3. pr. de O. A. l. 20. C. de pact. §. 3. I. de Emt. Vend. Lauterb. ad digest. de A. R. D. Thesaurus vero in fundo frumentario inventus inter eum & proprietarium dividitur, ideoque pro dimidia parte Recadentiae obnoxius. Sia domino directo, v.g. feudi, in fundo feudali thesaurus inventiatur, Strauchius *Dissert. 6. adjus iust. tb. 33.* putat, illum penes solum inventorem manere.*

Quid de di-
visione in-
ter domini-
um dire-
ctum &
utile?

§. 3. Quia Recadentia & Consolidatio potissimum se exerit in memorata materiae dominii directi & utilis, quae est subdivisio dominii minus pleni, vide Rachel *jurispr. lib. 2.* tit. 5. §. 7. & in *Feudo*, *Emphyteusi* & *Superficie* potissimum conspicitur, probe notandum, quod haec species non quidem fundatae sint in *Jura Civili* formaliter & totidem verbis materialiter tamen & re ipsa D. Struv. *Synt. jur. Feud.* c. 2. apb. 3. n. 4. Bachov. ad Teutl. *Voh. 1. Disp. 15. tb. 1. Lit. G. C. Lauterb. disp. de Confus.* tb. 37. insuper *LL. imperii* expresse approbatæ sunt. Instr. P. art. 11. §. 12. V. regia. Eam ex professo contra impugnantes, inter quos etiam Ludwel, in *Exerc. ad I. Disp. 4. tb. 5.*, defendit B. Franzck. de Laudemis, cap. 14. n. 7. seqq. proinde docendi causa merito servandæ. Add D. Mayer ad *Institut. a pag. m. 338.* Veratamen & rigorose sic dicta dominia non esse, putat B. Lauterb. de *Thesaur.* tb. 19.

Recadentia
in derelicto
alveo

§. 4. Si post aliquod tempus ad priorem alveum derelictum reversum fuerit flumen, rursum uovus alveus ex stricta ratione eorum esse incipit, qui prope ripam ejus praedia possident, s. 23. J. de *Rer. divis. æquitas tamen svader*, priori domino istum agrum destitutum ope Recadentiae restitui, idque l. 7. §. 5. insine ff. de *acquir. rerum dom. nevi cini* cum

cum alterius damno lucrum faciant, vide omnino D. a Rhetz. *Medit. ad Institut.* §. 36. d. t. D. Struv. *jurispr. min. lib.* 2. *tit. 1. §. 37.* Franzek. *ad §. 21.* J. de R. D. imprimis, si non diu illuc fluxerit arg. §. 24. J. de Rer. divis. D. a Rhetz. d. l. Si In avulis vi fluminis quid de prædio alicujus detractum, & alterius adjectum, manet id prioris domini, nisi ante vindicationem fundo coaluerit & radices egerit; §. 21. J. de R. D. si enim radices actæ, directa Reivindicatio & Recadentia de- negatur l. 9. § 2 ff. de *damno infecto*. Actio tamen utilis ad æstimationem competit, vil. 5. §. 3. ff. de R. V. Illust. D. a Rhetz. d. l. §. 38. Bachov. *disp. 20. tb. 5. lt.* D. Sirauch. Ex 6. tb. 42. D. Majer *ad Inst. p. m. 367.* Cujac in notis ad §. 21. J. de R. D. *ibid.*

§. 5. In actione quoque de tigno juncto Recadentia nota-
bilis; enim vero si dominus, e cuius materia ædificium
constructum in alieno solo fuit, duplum materiæ, (hodie
in plerisque locis, non attento duplo, sola vera æstimatio
petitur, Vinnius *ad §. 29. I. de R. D.*) nondum sit consecu-
tus per actionem de tigno juncto, & dehinc ædes sponte
ac sine deformitate aspectus publici iterum destructæ sint,
poterit, mediante Recadentia, etiam post usucaptionem
pus l. 23. §. fin. ff. de Usucap. materiam recuperare & vindi-
care §. 30. J. d. R. D. l. 2. C. de R. V. l. 23. §. fin. Et l. 59 ff. d. R. V. l.
15. de usucap. l. ult. ff. de tigno juncto. Vide elegantem D.
Ziegleri Disp. de Tigno juncto. Tigni vero nomine o-
mnis materia venit, cæmenta &c. e qua ædificium ullo
modo constructum.

§. 6. Bona naufragorum ad littus expulsa merito ope Re-
cadentia pristinis dominis restituenda, & quilibet faciendi
animo ea contrectat, furti crimen incurrit l. 18. C. de Naufr. Recad.
nec Fiscus irrationabilem hanc consuetudinem introdu-
cere valer, qua sibi ista bona incorporeret. vide omnino Gail.
i. obserb. 81. num. 3. ubi dicit; contra hujusmodi consuetudines

in Camera mandata sine clausula decreta esse. Adde Caroli V.
P. H. O. art. 218. Stratuch. diss. de Imperio Marts tbes. ult.
Hic ergo non tam Recadentia, quam Permanentia re-
rum in pristino dominio.

Recadentia
in specifica-
tione.

§. 7 In specificatione, si nova species ad pristinam for-
mam reduci potest, dominus materiae a specificante pos-
sessor per Recadentiam recuperat rem specificatam §. 25. i
J. de R. D aestimationem tamen operarum specificator ac-
quirit rei retectione, vel actione in factum Lauterb. ad tir.
de A. R. D. non vero recidit, si ad pristinam formam nequeat
reduci. d. §. 25. ita tamen, ut pretiam materiae restituatur
domino; secundum l. 23. §. 5. ff. de R. P. sicuti, quod appri-
me notandum, &c. utiliter moneret D. a Rherz. in Med. ad l.
Diss. 10. §. 37. in fine, & eo casu specificans, ad obtainendum
speciei dominium, potior judicari possit, si specificatio-
mulum artis desideraverit, dicet species ad pristinam ma-
teriam sit reducibilis argum. l. 13. §. 1. ff. de V. S. & §. 34. l. b. p.
ideoque hoc casu Recadentia denegatur. Si ex alienis uvis,
olivis, aut spicis, vinum, oleum, aut frumentum quis fa-
cerit, d. §. 25. l. de R. D. incaute dicitur, specificantis hæc fieri,
adeoque Recadentia ex hac ratione denegatur. Verum
æquior sententia est in l. 7. ff. de A. R. D. ubi expresse con-
trarium decisum, hinc & D. a Rherz. qurat in Medicat. ad
Inst. tit. 1. lib. 2. §. 37. & Vinnius ad b. §. cum inaneum esse,
adeoque supplendum ex hac lege; ibique elegans redditur
ratio, quod, qui excusserit granae spicis & expresserit vi-
num ex uvis, non tam fecerit novam speiem, quam la-
tentum detexerit. Adde omnino l. 12. §. 3. ff. ad exhibendum.
Ergo nullum dubium Recadentiam horum expressorum
& detectorum ita fieri, ut excutieus & exprimens ea non
possit retinere, sub obtenu specificationis non reducibilis
ad pristinam formam, adde Locamer. ad d. §. 25.

§. 8.

§. 8. Implantata alterius solo Recadentia adhuc subsant, Implantata si modo in tempore, antequam redices egerint, & pars qf. & fructus fundi facta, a pristino dominio evellantur & vindicentur, in vicini §. 13. l. de R. D. Fructus quoque de Jure Civili, licet in fundum dum vicini deciderint, non tamen protinus ejus sunt, quando re- sed usque ad tertium diem inclusive a domino arboris col- ligi possunt l. i. ff. de gland. legend. post triduum, cum pu- trescer e incipiunt, pro derelictis & nulli restitutioni ac Re- cadentia obnoxii habentur. De Jure Saxonico & secun- dum mores plororumque locorum, in compensationem incommodi, ex umbra arborum provenientis, fructus propendentes ac decidentes vicino colligere jus est Carpz. p. 3. C. 32. d. 15. D. a Rhetz. Diff. ad inst. X. lib. 2. §. 44.

§. 9. In Rei vindicatione fructus ab f. possessore percepti Recadentia fructuum (animal f. possessore, cuius conditionis etiam est post item in Rei Vin- contestatam bona ante a fidei possessor, & percepti & percipiendi,) extantes & nondum consumuti, sive naturales sive industrielles, quorum omnium haec tenus ante consumpti- onem tantum revocabile erat dominium, vindicanti domi- no sunt restituendi; Eadem ratio eorum, qui nondum a fundo separati & pendentes dicuntur, utpote qui ante separationem pars fundi censentur, & ad verum domi- num per consequens spectant: omnia per notissimos textus vulgo a Dd adduci solitos, imprimis per l. 22. C. de R. V. Hic tamen notari meretur, fructus consumptos, licet ex illis b. f. possessor locupletior sit factus (hoc est, licet plus perce- perit, quam impensas fecerit) in Rei Vindicatione nulli restituioni & Recadentia Jure Civili esse obnoxios §. 35. J. de R. D. secus in praxi, & quidem arg. l. 25. §. 11. ff. de petit. hered. quod & aequius videtur. Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 10. §. 2. & 5. Fructus vero, quos b. f. possessor per tri- ennij possessionem usuepit, licet extantes, non resti- tuunt.

tauruntur, nec recidunt in vindicantem dominum arg. l. 4.
 §. 19. de usurp. Carpz. p. 3, C 32. def. 29. quod probe notandum; sicut & illud situ jucundissimum, in praxi non tantum fructus extantes, sed & consumptos, e quibus quis loeupletior factus, imo usucaptos, per triennii possessionem de Jure Civili (Jure Saxonico per possessionem annalem) cum expensis in rem factis compensari, adeoque non restituinec recidere Sande decis. Frif. ccf. 70. Quid juris in R. V. quoad impensas vid. aur. l. 38. de R. V.

Recadentia revendita & tradita. §. 10. Recadentia insigne exemplum sistitur in §. 42. 3. de R. D. ibi enim, si res vendita & tradita sit, nulla tamen fide habida de pretio, nondum dominium transisse putandum est; inde porro collegaris, si concursus Creditorum excitetur contra talēm emtorem, hujas rei venditae Recadentiam in pristinum dominum ita fieri, ut non opus habeat cum reliquis Creditoribus de prioritate ratione Crediti cerrare, cum satis ipsi prospectum sit vindicatione rei suæ, cuius dominium, fide non habita de pretio, non presumuntur abdicasse. Vid. Carpz. p. 1. C. 28. d. 17. Gail. 2. Obs. 15. Dum ergo in dubio presumtio pro venditore est, emtor, fidem de pretio habitam, probare tenetur, quod testatur Gail. l. m. 6. Quando autem venditor fidem de pretio habuisse censeatur, nec ne, fuisus deductum a D. Martin. in Comment. for. ad Proces. tit. 42. num. 4. Et seqq. & Gail. c. 1. Imo Recadentia in venditorem & tunc locum habet, si quidem fides de pretio habita, emtor tamen fraudulenter & dolose cum venditore egerit, animum decoquendi habens, emendo merces, cum jam dolo suo desierit esse solvendō. Gail. 2. Obs. 15. n. 8. Carpz. p. 1. C. 28. def. 18. Martini d. 1. num. 16. seqq. p. m. 1351. Maynard lib. 2. decis. 46. Quod idem in Concurso Creditorum scire, perutile fuerit. Hic si nul notandum, si duabus res vendita, & posteriori tantam tradita sit, poste-

posteriorem quidem, vi*l.*, quoties *C. de R. V.* dominum priori fieri, modo sit bona fide accipiens; sciens enim, rem alteri jam tum venditam esse, per traditionem nihil juris, adeoque nec dominium acquirit, proinde merito locus Recadentie; idque in odium malæ fidei dolive arg. *l. 26. ff.* *de R. V. c. 18. X. de resist. spoliat. Carpz. p. 2. C. 32. D. 12.* & Gail. *2. Obs. 55. num. II. testatur;* quod primus emitor ab emitore posteriore, sciente rem alteri prius venditam, actione in factum revocare possit: consentiunt Gömetz. *rom. 2. var. ref.* *cap. 2. num. 21. Covarruv. lib. 2. var. cap. 19. Peretz. in Cod. de R. V. num. 8. Klock. com. 2. consil. 4. 224. D. Struv. S. J. F. cap. 8. apb. 9. num. 7.*

H. II. In materia servitutum, imprimis ususfructus, plures & potiores Recadentiae occurunt; ne vero *Dissertatio hæc servitutum.* nimium excrescat, casus Recadentiarum notatu digniores tantum recensere hic animus est. Non perpetui, sed temporarij Domini, ut heres in re a testatore sub conditione legata, Vasallus, Emphyteuta, Superficiarius, Maritus in dote, immo servitutem tantum, v. g. ususfructus habens, in utilitatem acquirere quidem prædio servitutem perpetuam possunt *l. II. in fine ff. quemad. serv. amitt. c. unic. 2. Feud. 8. l. 105. ff. de condit. & demont. l. I. §. 9. de superficie. Vinnius jurispr. contr. lib. 1. c. 82. Prantzeck. n. II. de servitut. in detrimentum vero fundi perpetuam aliis constitutre nequeant; jusque aliis constitutum temporarium, analogum quidem servitutis, non tamen stricte dicta servitus est; Hic enim non tam res & prædium servitutel afficitur, quam persona obligatur, ut promissionis temporarium & vitalitium forte commodity, suo nomine percipiendum, alteri, quo usque durat jus promitteris, relinquere, juxta tritum sape memoratum; Resoluto jure dantis resolvitur ac recedit jus accipientis *l. 31. ff. de pigior. 2. F. 8. §. res autem l. II. §. 1. quemadmodum.**

G

serv.

50

seru. amic. l. 8. §. sive ff. de peric. & com. rei vend. l. 19. ff. quib.
mod. usus fr. amic. Si quis vel per se vel per alios in alterius
rebus, sive mobilibus sive immobilibus (nulla enim hic dif-
ferentia quoad mobilia), vid omnino l. pen. §. i. C. de servit.
Frantz. ad tit. ff. quib. mod. usus fr. amic. num. 4. 5.) servitute,
v.g. ususfructus, constituta, per 10. inter praesentes, per
20. annos inter absentes (modo b. f. & titules adsit; alias
b. f. praesente, titulo vero deficiente, 30. annis l. 8. . l. C. de
30. vel 40. ann. prescript. opus) non sit usus, tunc exsingvitur
servitus, recedit & recuperatur a domino naturalis libertas.
l. l. pen. C. de servitut. Si servitus discontinua sit, ut jus
venandi, piscandi, Jur. Civ. duplicatur tempus decennale
in vicennale l. 7. quemad servit. amic. & l. fin. C. de servitut.
(tempus vicennij non etiam duplicari vult. D. Struv. S. J.
C. Ex. 13. lib. 57. Frantz. ad tit. ff. de servit. n. 32. Vinnius con-
trarius ad §. fin. J. deservitut.) juxta praxim Imperii in ser-
vitutibus discontinuis requiritur tempus immemoriale
Myns. 4. Obs. eru. 53. Gall. 2. Obs. 66. n. 7. Klock. relat. Camer.
13. Lauterb. Conclus. Forens. 18. lib. 2. Urbanae s. rvitutes,
ædificiis sc. & structuris inhærentes §. i. J. de S. R. P. Vinnius
ad d. §. non amittuntur, nec recedit & reviviscit ab altera
parte naturalis libertas nudo non usu per decennium, ut
tm. est in servitutibus rusticis (in solo & planitiie consi-
stentibus) sed requiritur in urbanis, præter non usum, a
vicino factum in contrarium, & quasi libertatis usucatio
l. 6. ff. de S. U. P. forte differentiae ratio, quod major favor
pro urbanis prædiis eorumque veteri qualitate, quorum
que destrutorum, vel incendio consumtorum difficilior
restitutio quam pro rusticis prædiis est, ubi, si quis tamdiu
non usus, facilis animus derelinquendi præsumitur. Adde
Carpzov. part. 3. Decis. 288. Singulare etiam quoad habitati-
onis jus statutum, quod perdecennij nudum non usum non
extin-

extinguitur nec recidit l. 10. ff. de usu & babbatu. l. 10 ff. de capit.
 minori haud dubie, quoniam servitus habitationis non fa-
 cile praesumitur derelicta, sed in subsidium saepe, incendio
 forte propriis edibus consumto, reservata. Quondam ma-
 xima & media capitis diminutione amittrebatur & recidebat
 jus servitutis; hodie per bannum Imperij Gail. a. Obs. 86. n.
 3. seqq. Carpzi Crim. p. 3. q. 140. n. 26. Usufructuario mortui,
 fructus pendentes, ram naturales quam industriales, tamen
 quarta pars fundi, recidunt in proprietarium l. 13. ff. quibus
 mod. usufr. Similiter, si fructus casu deciderint, non sunt
 usufructuarij, sed recidunt in proprietarium d. l. 13. ff. Con-
 fer. circa. b. 4. Gloss. Corpora, nisi ab ipso fructuario com-
 gregati sint. arg. l. 12. §. 5. ff. de usufr. D. Sifuv. S. p. C. Ex. 12. tb.
 18. Frantz ad rit. de usufr. num. 14. 15. D. Schilter. Ex. 17. tb. 41.
 De Civilibus fructibus quid juris quoal Recadentiam vid.
 l. 26. § 28. de usufr. de usu Sax. Carpzi p. 1. C. 5. d. 21. n. 4. & p.
 3. C. 32. D. s. & seqq. Finckelth. Obs. 54. Communitati relictus
 usufructus post i. do. annos recidit in proprietarium. 50. de
 usufr. l. 8. de usufr. leg. l. 23. C. de SS. Eccles. nisi ante hoc teni-
 pis Civitas destruta, quod quomodo fiat, vide l. 21. ff.
 quib. mod. usufr. amite. Grot. de J. B. C. P. 11b. 2. c. 9. §. 3. &
 seq. quid, si de novo condatur civitas? non recipit per Re-
 cadentiam usumfructum, quia alia est; nisi per partes resu-
 ciatur. l. 10. §. 1. ff. d. r. Gail. 2. Obs. 61. num. 4. Sixtin. de Regal.
 n. o. 6. n. 44. Singulariter in l. 1. p. C. de usufr. constitutum, quod,
 servo & filio familielicto usufructu, horumque aliquo mor-
 tuo, vel capite minuto, usufructus non recidat, sed rema-
 neat penes dominum vel patrem familij; quia in dubio in
 favorem Patris vel Domini, in quorum potestate hactenus
 extitit, etiam relictus videtur Brunnen. ad d. l. Quid si
 vero filio fam. feudi relictus usufructus? Pater ex veriori
 sententia, de eo nil lucratur; adeoque filio mortu osta-
 tim

tim in dominum recidit Brunnem &c. Titio ; ejusve heredibus relicto usufructu, non defertur ejus nepotibus; sed, primi gradus heredibus mortuis, recidit ususfructus in proprietarium l. 14. C. de usufr. videturque in heredibus non tam idem quam iteratus & novus ususfructus. Vinnius ad §. 13. I. de usufr. Si ususfructus cedatur domino, tunc itidem per Recadentiam contingit consolidatio §. pem. I. de usufr. l. 3. pr. ff. si ususfr. pem. si extraneo cedatur, aquior sententia, nil actum videri, nec ob id extingui & recidere usumfructum ad proprietarium D. Struv. S. J. G. Ex. 12. lib. 15. §. Jurispr. min. lib. 2. tit. 8. §. 20. Simon von Leven Censur. For. lib. 2. cap. 15. num 24. Locari enim, vendi, & gratis concedi temporario iure ususfructus tertio potest l. 38. ff. de usufr. nec praediticium inde proprietario. Sine spe Recadentia perpetuo servitus tollitur confusione, si sc. aliquis utriusque praediij irrevocabiliter (si enim confusio temporalis, de qua supra cap. 2. lib. 4. pag. 12. reviviscit servitus. l. 7. ff. de fundo dot. l. 18. de serv. l. 9. Comm. pred. l. 2. §. 18. de bgr. & act. vend.) & in solidum dominus factus sit, l. 4. §. 5. ff. quemad. serv. amitt. l. 10. commun. pred. l. 27. de S. P. R. res enim propria nemini servit. l. 26. ff. de serv. P. II. l. 10. ff. comm. pred. non reviviscit servitus, etiam si illico, quod bene nondam, iterum alienaverit praedium l. 30. pr. de S. P. II. inde consequitur; si quis velit pristinam servitudinem de novo constitutam, quod in alienatione nominatim ea recipi debet d. l. 10. Comm. pred. Quod tamen civiliter, & cum grano salis, deque illis tantum servitutibus haud dubie accipendum, quae scil. in facto hominis, v.g. itinete, actu, aquae, haustu &c. Non vero de illis, quae, facta alienatione, in actuali exerciti adhuc consistunt. E.g. meis aedibus vicini aedes antea debebant servitudinem oneris ferendi, emi istas aedes, confusio ergo facta; dehinc vendidi iterum; quis

quis dubitaverit, servitutis qualitatem, quondam constitutam, & haecenus actu continuo permanentem, post venditionem, reviviscere? & quidem arg. l. 9. ff. compred. l. 18. ff. de servit. l. 2. §. 19. de hered. vendit: non obstante l. 30. ff. de S. U. P. Confer etiam Simon von Lewen Censur Forensi lib. 2. cap. 14. n. 7. Aedificio ruina vel incendio destructo denuo exstructo, reviviscit ante inherens servitus l. 20. §. 2. l. 31. ff. de S. U. P. Quia area mansit & res non in totum periret de l. 20. §. 2. Exceptio est in servitute ususfructus, d. leg. & §. 1. de qua supra p. 7. & 22. forte, quia nemo reaedificaret, si sciret amplissimam hanc servitutem reviviscere. Superficie ius, aedificium, molenditum &c. in superficie Recadentia Superficie alicuius habendi, quod ut plurimum inter fundi dominum ri juris.

& colonum, conductorem convenit, vide l. 2. ff. de superf. ipsius aedificii ac molendini interitu totali; adeoque superficie destruta, ita exigitur, & recidit in dominum, ut superficiarius reaedificare non possit arg. l. 34. in fin. ff. p. usfr. Baldus ad rubr. ff. de superfic. post princ. Caducam tamen restaurare potest. Simon von Lewen Cens. for. lib. 2. c. 15. n. 29. 30. Diff. D. Struv. jur. min. lib. 2. tit. 12. n. 22.

§. 12. Multae nobiles Recadentiae in materia donationis sese exerunt. Omnia bona si quis donaverit, cum per indirectum admittatur facultas testandi, non quidem iuxta Jus Civ., vid. enim l. 35. §. 4. 5. C. de donat. sed tamen juxta Praxin, revocari ea poterunt Carpz. p. 2. C. 12. d. 26. donans ergo per Recadentiam eorum possessionem recuperat. Donatione simplex regulariter revocari nequit l. 3. 4. 5. C. d. t. revocatur tamen querela in officio donationis, fisc. liberis, Parentibus, vel certo casu, (turbibus sc. personis institutis) fratribus legitima non sit reliqua, juxta lib. 3. tit. 29, C. de inoff. donat. idque ad exemplum querelæ in officio testamenti l. 1. seqq. ibid. Trentac. lib. 3. Res. 3. num. 14. & putar

G 3

B. Lau-

B. Lauterb. Disp. de inoff. don. tb. 22. aduersus quoque Dor-
narij hæredes, secus ac in Revocatoria ex ingratitudine,
vide infra b. § in favorem legitimæ locum habere. Hæc
revocatio ergo tunc valet, si non titulo oneroſo, ſed lu-
crativo alienatio peracta arg. l. 2. ff. ſi quis a parent. manu.
niſi in fraudem, prelio quidem, ſed donationis gratiam in-
nori, venditio facta Carpz. p. 2. C. 12. D. 36. Remuneratoria
non revocatur Carpz. c. l. def. 35. niſi excedat justam remu-
nerationis mercedem Trentac. l. 3. Ref. 4. n. 16. Si plures
factæ particulares donationes, prime non excedentes
ſubſtitunt; posteriores excedentes mediante revocatoria
actione recidunt. Salicet. & Sichard. ad l. totas C. de inoff.
donat. Si plures donationis, factæ uno tempore simul,
imminuat legitimam, omnes pro rata revocandæ: Si di-
versis temporibus, & imminutio fiat legitimæ per poste-
riores, haſola. Zcſiūs l. de donatio. num. 79. Et quidem
revocatur, uſque ad ſupplementationem legitimæ l. 1. 2. 5. & ſeqq.
C. de inoff. don. Nov. 92. indiſtincte, ſive in liberos ſive in ex-
traheos immoderata collata donatio. Lauterbach. Disp.
de inoff. donat. tb. 29. Quantitas legitimæ mortis quidem tem-
pore demum computatur, attenditur tamen & quantitas,
qua tempore donationis fuit d. l. n. C. de donat. itaque ſi ab
initio donatio excederit modum, ante obitum creverint
facultates, ceſſabit overela Glouſſ. in l. l. C. de inoff. don. Licet
vero aliquis non conſilium fraudandi liberos Parentes &c.
habuerit, ſufficit tamen eventus, ac actualis laſio. Si Con-
ſilium fraudandi fuerit, non tamen eventus ſecurus, ſuf-
ficientibus ſt. bonis legitimæ, nullus Recadentiae locus eſt
l. l. & 7. C. de inoff. don. Lauterb. c. l. ſuccurrit per querelam
hanc inoff. don. non ſolum liberis ante, ſed & post inofficio-
ram donationem natis, l. 5. C. de inoff. donat: id vero quod
ſuperest ex donato condicitur, non quod conſamtum arg.

6.7.

l. 7. C. de Revoc. don. & sibi Brunnenm. Quid vero juris quoad
fructus ante Revocationem perceptos? Vide Trentac. lib. 3.
Ref. 4. num. 13. Puto tamen judicandum juxta l. 15. §. 1. &
l. 42. ff. de usur. vide Anton Faber ad Cod. lib. 8. tit. 8. d. 4.
Hanc Revocationem & Recadentiam impediunt cautæ in-
gratitudinis, recensitæ in Nov. 115. cap. 3. & 4. & N. 22. cap. 47.
adde Nov. 82. c. 1. ob quas exhereditatio licita Impedit quo-
que eam donationis inofficiose agnitus & approbatio l.
6. C. de inoff. donat. Recadentia tamen non obest Patris
prohibitio. Impedit Revocationem ac Recadentiam porro
quinquennialis præscriptio arg. I. ult. C. de inoff. don. & l. 34.
C. de inoff. test. non a tempore factæ donationis, sed post
mortem donationis computanda, d. 1. fin. C. de inoff. don. Re-
nunciatio patris donantis liberis non prajudicat Carpz.
p. 2. C. 12. d. 13. nec obstat huic querelæ juramentum donan-
tis c. licet de jure jurap. in 6. Quid vero, si pater luxu aleave
bona sua dissipet? q. Cessante hac actione vel postulandum,
ut bonis interdicatur, vel condicione ex lege instituatur ult.
C. de aleat. l. 1. & seqq. ff. de curat. furios. & al. extra minor-
dand. Pater ipse non revocat, sed eo demum mortuo li-
beri; quia legitima non censetur nisi post mortem. Donell.
lib. 19. c. 11. Ob feuda quoque a patre emta, si filia in legi-
tima læsa, datur ex hoc capite Revocatio & Recadentia D.
Struv. S. J. F. cap. 14. apb. 19. Brunnenm. ad l. 8. C. de inoff. don.
num. 8. Carpz. p. 3. c. 9. d. 28. & c. vid. ulterius circa hanc ma-
teriam elegantem B. Lauterb. Disp. de inofficio. donatione &
Anthon. Mathæi Disp. 2. ad. select. leg. Cod. & quidem leg. si
totas C. de inoff. donat. Ex hoc quoque principio fluit, quod
filius illistris immodicam rerum domanialem donationem,
a domino parente in præjudicium Status factam revocare
possit. Honor. D. Parens Obj. For. Consul. decis. 12. Revocatur
porro & recidit donatio propter donatarij ingratitudinem:
causæ

causæ sunt in l. fin. C. de revoc. donat. majores tamen & similes juxta com. Dd. sent. admittuntur. arg. l. i. §. 1 ff. si mens fatsum mod. dix. Diff. Carpz. p. 2. C. 12. d. 31. datur hæc Revocatoria donatori, non etiam heredibus l. i. pr. l. fin. 10. inf. C. de revoc. donat. c. f. extra de donat. nisi vivens donator revocaverit. l. 1. fin. 10. f. Contra donatarium, non etiam heredes (quia est ex delicto) l. 22. C. de pæn. l. 7. in med. C. d. t. nisi lis cum defuncto jam sit contestata: ad res donatas tempore quæstionis apud donatarium existentes, non etiam b. f. ante alienatas l. 7. C. de revoc. donat. Fit quoque Revocation & Recadentia donationis ob supervenientiam liberorum, ex l. 8. C. de revoc. donat. nam donator liberos non habens sic conditione donasse videtur; modo tamen donatio tanta, quantam verisimiliter, si de liberis cogitasset, non fecisset. Carpz. p. 2. C. 12. def. 32. vid. etiam Brunnem. ad. d. l. 8 hæcque lex 8. ex Comm. Dd. opinione & praxi, nō tantum ad Patronum, sed & alios donatores referenda Carpz. p. 2. C. 11. d. 33. Hic Pater vivens ipse quoque revocat, secus ac in revocatione in officio donationis. Quid vero, si Pater filium unicum habuerit, huic donaverit bona sua, deinde plures suscepit? Patri haud dubie & hoc casu per d. l. 8. quin & ipsis liberis postea susceptis ex l. 5. C. de in offici donat. agentibus Recadentia bonorum obtingere potest Anth. Matthæ. Disp. q. in num. 2 ad select. LL. C. Si liberos habuerit donator tempore donationis, post suscepit plures, æquius, & in horum favorem Revocationem & Recadentiam donatorum concedi, Colfer Carpz. p. 2. C. 12. d. 41. Ipsi quoque liberi, vivo Patre non revocante, a se instituta actione revocatoria, bonorum Recadentia gaudiunt Carpz. d. l. d. 40. Fructus autem ante quam nascantur liberi, percepti, non revocantur. A tempore initivitis percepti, cum ipso iure resolvatur donatio, debentur donatori, si modo a nescio liberos natos

tos esse, non sint consumti D. Struv. Ex. 49. tb. 16. Donatarius tamen, quantum ad res in se alienatas quin & consumtas attinet, non tenetur, si modob. f. non in fraudem donantis consumtæ sint arg. l. 7. C. de revoc. donat. D. Struv. S. 7. Civ. Ex. 40. tb. 16. Tertius igitur possessor, a donatario causam habens, quoad Revocationem & Recadentiam omnino tutus arg. §. 1. J. de act. Quid, si liberi nati præmoriantur ante donatorem, an properea donatio re-viviscet, & res donatæ ad priorem dominum recident? Af-fir. Clarus §. donatio qu. 23. n. 9. Multi alii contrarii Simon von Léwen Cens. for. lib. 4. cap. 12. n. 21. Optima distinctio D. Struvii d. l. aut enim res nondum est tradita, vel, si qui-dem tradita est, possessio tamen ejus iam repetita, & non reconvalescer; aut res est tradita, nec possessio repetita, & tacite confirmari videtur. Reciproca, remuneratoria & ob causam facta donatio, propter supervenientiam libe-rorum Recadentia & Revocationi minus obnoxia Carpz. p. 2. C. 2. d. 34. Notissimum quoque, donationem ultra 500. solidos (hodie tot Ungaricos Carpz p. 2. C. 12. d. 12.) sine ju-diciali insinuacione factam, Revocationi & Recadentia subfare §. 2. J. de donat. & l. 30. §. fin. ff. de donat. Non tamen idem juris, si, quod probe notandum, plures conationes unifaciatæ hanc summam excedant l. 34. §. 3. C. de donat. Do-natio inter conjuges, quin & patrem & filium fam. facta, ipso jure nulla l. 2. §. 10 ff. de don. inter. vir. & uxor. l. 11. C. de don., (nisi mobilia in Foro Saxon. pater filio fam. donec. Carpzov. p. 2. C. 12. d. 22.) quovis ergo tempore revocari li-cite poterit: Morte tamen non revocantis confirmatur; adeoque eo casu Recadentia donationis impeditur, & tum per elegantem juris fictionem retrotrahitur donatio ad pri-mum suum initium d. l. 25. Nov. 162. c. i. licet tantum per modum conventionis absque traditione facta donatio sit

H

d. N.

d. v. Mater ob defecatum patriæ potestatis, sine metu nullitatis & Recadentia, tam res mobiles, quam immobiles, liberis licite donat Carpz. d. l. d. 23.

Recadentia
peculio-
rum.

§ 13. Servorum peculia ex voluntate dominorum quovis tempore Revocationi & Recadentiae obnoxia 1.8. ff. de peculio Filiorum. peculium profectum, ut patris proprium, quovis tempore est revocabile, tam quoad se, quam quoad usumfructum; modo non fiat in fraudem filii creditorum, arg. l. 4. pr. ff. de pecul. l. 8. § 12. pr. ibid. post mortem patris in collationem venit. l. 12. C. de collat. l. 13. C. fam. excise. nisi pure a patre filiosam, quid sit donatum; illud enim non confertur. l. 2. 5. C. de donat. inter vir. & uxor. l. 25. C. fam. excise. Tacite autem videtur donatum & in patrem non recedit, si in emancipatione non expresse aderitum fuerit. l. 31. §. 2. ff. de don. l. 3. §. 4. de minor. & vi l. 12. C. de collat. filii tantum, durantes in familia patris, id conferunt; confiscatis tamen bonis paternis, dictum peculium ad substantiam paternam non recedit, nec Fisco obvenit. l. 3. §. 4. ff. de minor. negotiorum autem, non vero donatio in peculio filiosam, permitta l. 10. ff. quod cum eo, qui in alieno potest, consequitur ergo, donata ex hoc peculio revocari & recidere. Adventitium peculium regulare quoad usumfr. recedit in filium fam. in solidum, si moriatur pater l. 6. & ut. §. 5. C. de bon. que lib. pro dimidia tantum parte, si emancipetur. §. 2. f. per duas person. l. 3. C. de bon. maternis. Moribus Sax. & praxi totius fere Germaniae, instituta propria cœconomia a filiosam, statim totus ususfructus recedit & consolidatur. vid. illustr. D. a Rhetz. ad J. Diff. B. §. 18.

§. 14. Elegantissimum & in praxi utilissimum Recadentia exemplum conspicitur in nitidissimis LL. fin. ff. de hered. infit. & 28. ff. de inoff. testam. ibi enim dispositum, quod, si ex falsorum more intelligens heredem scriptum esse mortuum,

Recadentia
hereditatis
ex errore
translata.

tributum, mutaverit voluntatem & aliud testamentum scri-
perit, nihilominus institutus in priori testamento here-
ditatem ope Recedentia, petere valeret eamque obtineat;
na tamen, ut, quod rationi conventissimum, legata in
posteriori scripta praestet: In posteriori vero testamento
institutes, habetur pro substituto Gomerz. Tom I. Resolut. cap.
5. n. 24. Vasq: de success. Resol §. 20. n. 24.

§. 15. Hereditati sub conditione utilissimum & salu-
berrimum Remedium, hereditatis possessionem consequen-
di supponit ex l. 2. §. 1. 1. 6. & l. 10. ff. de B. P. secund. Tabb. Ha-
res conditionate institutus Jur. quidem Civ. non potest ante
existentem conditionem hereditatem adire; a Praetore
tam envid. LL. impetrata bon. possess. sub cautione, (per
quam excluditur præjudicium illorum, ad quos bona de-
friente conditione perveniunt) ad hereditatis possessionem
admititur: neque hic, ut aliqui volunt, differentia inter
extraneum & filium arg. l. 2. §. 1. in fin. d. t. Gomerz. 1. resol.
2. n. 13. Treutl. vol. 2. Disp. 15. tb. 4. ibique Bachov. Siergo exi-
stat conditio, iam recte bonor. possessio retro tanquam
puta per factum oneris habetur; sicuti, ex veriori Dd. sen-
tencia, conditione existente, ut in contractibus, ita & in
hereditatibus institutionibus, retro negotiorum perfectum &
putum estimatur. l. 11. §. 1. qui potiores in pign. l. fin. §. 1. de
vulg. & pup. subl. l. 125. & 138. ff. de R. I. D. Schiller. Ex ad. D. 38.
tb. 92. frustra dissent. Brunnem. ad. l. 5. ff. de Cond. inf. n. 4.
inde consequens, nullam fructuum interim perceptorum
Recadentiam locum habere, quod argumento ducto a con-
trario, secus est conditione deficiente. In materia legatorum
arg. l. 32. ff. de leg. 2. & l. 3. l. 24. §. si cogatur ff. de fidet comm. libero.
l. 5. C. de Condit. aliter se res haberet; Legataratio enim fructus,
pendente conditione, ab herede percepti, (nec legatarius
conditionatus, pendente conditione, legitur habere jus pe-
tendi

tendi honorum poss.) dehinc, existente conditione, non restituuntur juxta Barry de success. test. lib. 17. tit. 8. Bardili Concl. theor. Pract. X. lib. 14. Cum non tantus videatur favor tellatoris erga legetarium, quam hæredem fuisse. vide tn. 1. 26. ff. de Condit. Inst.

An in'suc-
cessione le-
gitima den-
tug Reca-
demic, ju-
ta, tenuit;
paterna pa-
ternas, ma-
ternas, ma-
ternas? ^{1. 26. ff. de Condit. Inst.}
An inter ipsos honorum facienda sit distinctio, ita, ut, quæ
a Patre provenere bona, ad avum paternum; quæ a matre,
ad avum maternum, adeoque per Recadentiam ad pristi-
nam & originariam familiam revertantur? In Jure Civ.
hujus nulla expressa decisio. Barrolus in l. post dorem, ff. solut,
matrim. & in artib. itaque C. commun. de success. censuti, Pa-
rentes paternos in bonis a patre profectis succedere: ad
bona vero materna, quæ sc. filio a matre obtigerunt, pa-
rentes maternos vocari; hæcque sententia in Germania
communiter recepta Carpz. p. 3. C. 14. D. 2. Quamvis hic et
iam inter aliquos ICGos discrepantia Carpzov. p. 3. C. 17. 4. 2.
n. 7. Contrarium tamen in Foro Sax. servatur, ubi, sine
differentia bonorum, unde provenerunt, Parentes æqua-
liter succedunt Carpz. p. 3. C. 14. D. 5. Mortuis fratribus, re-
lictis consanguineis & uterinis communiter quoque in Ger-
mania differentia bonorum quoad successionem habetur,
ut in paternis bonis soli consanguinei, in maternis soli uteri-
ni, in reliquis demum bonis æqualiter succedant Carpz.
p. 3. C. 14. def. 3. Hancque successionem vulgo protendunt
ad consanguineorum & uterinorum liberos, ultra non ha-
betur distinctio, unde bona provenerint. Carpz. p. 3. C. 14.
d. 1. In Saxonia itidem quoad fratres & sorores unilatera-
les nulla distinctio bonorum. Carpzov. d. 1. a. 4. adeoque
nulla Recadentia & Reversio bonorum ad familiam unde
pro-

proveneret. In Camera quoque sententiam, quam in Saxon. diximus observari, receptam testatur Myrl. 6. Obf. 55. (Communis sententia non irrationabilis. vid. Grotium de J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 9. ubi ergo in quodam territorio probatur recepta, merito judex juxta eam pronunciat.) Contra Communem sententiam, ut Juri Civili non convenientem, pugnat Vinnius select. qu. 31. lib. 2. Renn. jurispr. Memb. 2. Disp. 27. lib. 3. & 15. Simon von Lauen Cens. For. lib. 3. c. 15. n. 8. Suth. Disp. XI. lib. 60. In successione ab intestato præterea insignis Recadentia species traditur l. fin. C. ad sc̄t. Tertull. Recadentia ubi pater vel avus paternus, cuius in potestate defunctus ex l. fin. C. fuerat, si cum uxore sua, vel parentibus defuncti mater ad sc̄t. nis, succedat, usumfructum sibi, quoad vixerit, in illorum Tertull. portionibus, tanquam in adventitio peculio retinet; adeoque, mortuo patre vel avo, demum ususfr. proprietati per Recadentiam consolidatur. Ulterius in Autent. præterea C. unde vir & uxor Nov. 117. c. 3. Recadentia sese exerit, Recadentia ubi conjux, in conjugis bonis, vel quarta, vel virili portione, pro numero liberorum, usumfructum ad tempus & uxoris. vitæ retinet, demum post mortem suam, consolidatione & Recadentia dicti ususfructus cum proprietate, haec enim penes liberos existente, contingente. Ejusdem fere tenoris Reversio & Recadentia bonorum ad familiam est, Recadentia ubi mulieri prægnanti tres portiones bæreditatis assignantur, qui ter gemini possunt nasci l. 3. ff. si pars bar. pet. filio ex l. 3. ff. si pars bar. pet. jam nato interim tantum quarta relicta. Si igitur forte unum tantum erit partum recidit superfluum & filio accrescit; Sin plures tribus erit partum, quod quandoque contingit. 17. pr. ff. de reb. dub. filio de quarta pro rata quid detrahitur l. 4. ff. si pars bar. Brunnen, ad dict. LL. putat, hodie ordinarie geminos tantum nasci; adeoque inde foret consequens, prægnantiæ fæminæ ad geminos tantum posse fissi.

sentia de feudis cap. 9. memb. 2. concil. 8. 1. num. 12. seqq. Hartm.
 Pisl. lib. 2. q. 8. Franck. 3. Resol. 1. num. 276. legg. D. Struy.
 Feud. 13. ch. 18. Ludw. insynt. jur. feud. c. 8. in fine. Et hac rati-
 one neque in fideicommissis locum invenit præscriptio 2.
 ult. S. fin. autem. C. Commun. de leg. 1. 2. C. de usuc. pro emt. D.
 Zogl. ad Grotium lib. 2. c. 4. n. 10. vide etiam supra p. 17.
 d. 17. Si fiduciarius rogatus sit, quod ex hæreditate, cum
 moritur, superfuerit, fideicommissario restituere, per e-
 legantissimam dispositionem autb. Contra C. ad. Sct. Treb. o.
 Nov. 108. c. 1. 2. licet alienat fiduciarius dorrantem, residua-
 tantum quartam fiduciarii. Si verocitatem necessita-
 tem & casus in d. Nov. & autb. exceptos, de quibus v. de Gail.
 2. Obj. 137. ultra dorrantem a fiduciario quid sit alienatum,
 si non habeat ad supplementum aliam substantiam, id, me-
 diante revocatoria actione Recadentie subjicitur, & per fi-
 deicommissarium a possessore vindicatur d. Autb. & Nov.
 De Alienatione, Revocatione & Recadentie fideicommissorum confer etiam D. Struy. jur. minor lib. 2. tit. 26. n. 23.
 Dicta autb. quod obiter notandum, affinis utilissima de-
 cisio L. 30. C. de Fideicommiss. ubi, cum pater filium vel avus
 neporem pure & expresse rogar alium restituere hæredi-
 tam cum moritur, præsumitur id dictum sub conditio-
 ne, si sine liberis decesserit; Libiris ergo natis, fideicom-
 missaria dispositio evanisse videtur. Notatu hic dignum,
 quinam fructus fideicommissorum, ante restitutionem
 percepti, restitutio & Recadentie obnoxii? Id bene mon-
 strat L. 18. ff. ad Sct. Trebell. adde Maynard. lib. 5. decis. 62. ubi
 clare extat, non venire fructus nisi ex mora; non ergo
 præcise a tempore mortis testatoris. Idem obtinet in le-
 gatorum fructibus & usuris. L. 3. pr. L. 14. L. 34. de usur. l. 87.
 §. 1. 78. §. 2. de leg. 2. l. 2. C. de usur. leg.

Recadentia
 ex Auth.
 contra C.
 ad Sct.
 Treb.

Recadentia
alienato-
rum in
fraudem
Credito-
rum.

§. 18. In fraudem Creditorum alienatum revocatur al-
etione Pauliana, quæ quibusdam dicitur nasci ex jure in re,
Prætorio sc. pignore Imperato ex immisso, vel, ut ali-
qui prius, ex facto dominio, vid. supr. p. 14. & §. 6. I. de act.
Franz. Ex. 13. q. 4. Aliqui contra existimant, nasci ex jure
ad rem, maleficio sc. fraudationis; unde & in factum dici
l. 10. quæ in fraud. idem ita ut Biccus Aur. Jur. Cid. sect. 5. tb.
7. lit. C. eo sc. casu, quando jura & nomina revocanda.
14. ff. quando in fr. cred. Optime conciliat & dicit Zœsius ad
rit. ff. que in fraud. n. 3. occasionaliter tantum ratione male-
ficii hand actionem competere principaliter vero ratione
facti dominii, quod habeat debitor. Adde Eckolt. ad b. t. n. 2.
Datur vero, si ab alienante fraudulose animo & eventu, a-
lienatio suscepit: qui accepit titulum *lucrativo*, sive sciverit
sive nesciverit fraudem, restituere tenerur, l. b. §. 11. d. t. &
arg. l. 32. ff. de rebus Creditis, ad quam legem vid. Disp. Schwei-
deri sub Præsidio B. Laurerb. cuius supra pag. 14. mentio
injecta. Qui titulo *onero so* accepit, retinet nisi concius frau-
dis fuerit l. 6. §. 8. d. t. & l. 5. C. cod. Carpz. v. p. 3. det. 224. n.
7. seqq. Concius fraudis in solidum tenetur, sine refusione
pretii, nisi penes debitorem alienantem pretium adhuc
exter, nec consumptum sit, quod imerito recuperat, l. 7. 8 ff.
d. t. Repertur in hac actione non solum res, sed & fructus,
tempore alienationis terræ cohærentes, & post inchoatum
judicium percepti, l. 10. §. 20. l. fin. §. 4 d. t. non autem qui
medio tempore, inter alienationem & hanc contestacio-
nem, percepti d. t. fin. §. 4. Quid, si debitor, metbens im-
missio hem & distractio hem, ante illuminationem fraudu-
lenter rem alienet, & post, possit his bonis, hisque excusis,
appareat bona non sufficere. Et tunc habitur haec a-
ctio, spesque Recadentiae est. l. 1. §. 1. 7. 11. d. t. l. C. cod. cum
missio intenta, perfectionem juris censeatur facta D. Struv.

Ex.

Ex. 44. lib. 77. Vinnius ad §. 6. 1. de act. n. 3. instituta ergo hac
actione, in bona debitoris res per Recadentiam rediguntur,
& habentur, ac si semper in bonis debitoris mansissent. §. 6.
I. de act. Quær. Si debitor creditori cuidam vigilanti solvit;
an cæteri creditores id possint repetere? Bonis jam posses-
sis, solutio facta revocatur, l. 6. §. 7. 1. 24. que in fr. Idem est
juris, bonis quidem nondum possessis, pluribus tamen
creditoribus instantibus & solutionem urgentibus, si sc.
uni per gratificationem solvatur. l. 24. in fin. d. t. Bonis a
creditoribus nondum possessis, nec instantibus, si quid so-
lutum, subdistinguitur, inter creditores pari jure frumentos
& quorum alii alii objus potius præferuntur; Primi
generis creditores id, quod uni ex illis solutum, nequeunt
repetere, l. 6. §. 7. d. t. l. 6. §. 2 ff. de reb. aut. judic. poss. Se-
cundi generis creditores, quod attinet, revocabunt quod
aliter solutum, l. 18. §. ult. l. seg. de Jur. ffc. & l. 5. C. de priv.
ff/c. D. Struv. Ex. 44. lib. 80. 81. Hinc etiam est, si hæres, sub
beneficio inventarii hæreditatem adiens, & ignorans, esse
alios creditores potiores, prius venientibus creditoribus
& legatariis satisfecerit, quod creditores postea superveni-
entes, qui credita sua non sunt consecuti; ipsum quidem
hæredem nequeant convenire, sed creditores, quibus mi-
nus juris est, vel legatarios, l. ult. §. 4. 5. 6. 7. 8. C. de jure de-
liber. D. Struv. Ex. 33. lib. 58. Datur vero Pauliana in subsi-
diuum, deficienribus aliis remedii ordinariis; si ergo ex bo-
nis debitoris possit adhuc per illius excussionem satisfieri,
hæc actio non datur l. 6. §. ult. de bon. avth. jud. poss. Carpz. p.
2. decif. 224. n. 15. D. Struv. Ex. 44. lib. 81. Eckolt. add. tit. ff. §. 8.
Datur hæc actio intra annum utilem, l. 1. & 10. que in fraud.
cred. Imo contra titulo lucrativo possidentem intra 30. an-
nos. Carpz. lib. 1. Rep. 83. num 19. Circa hanc actionem Pa-
lianam vide multa elegantia apud Brunnum. d. t. Huic
actioni

actioni Paulianæ valde affinis actio Faviana, qua a liberto in fraudem Patroni alienata, Patronus liberive ejus revocant, l. 38. s. in Faviana ff. de usur. l. 16. de jur. patr. & Calvisiana, eadem quæ Faviana revocans, l. 16. §. idem scribit. ff. de petir. hered. l. ult. s. 1. ff. si quid in fraud. patron.

Quando Recadentia §. 19. Quoad possessiō nem utilis inspectio est, an remediū recuperandæ possessionis l. 7. de vi & vi arm. &c. sepe. per Reme- dium unde 18. X. de resist. spol. non tantum comperat contra spoliante, vi? sed & contraterium possessorem, qui bonam fidem & titulum habet, ad eum effectum, ut Recadentia & restitutio illico obtingat pristino depossessionato? Praxi magis conveniens est, non dari contra bona fidei possessorem hoc summarissimum remedium, verum ordinario remedio tatis convenientius & Recadentia eodem procuranda. Vide D. Zigler in nitidissimis notis ad Lancei Inst. Jur. Can. p. m. 786.

Recadentia §. 20. Non raro Recadentiam operatur in contractibus ob dolum & quidem dans caufam contractibus b. f. reddit eos in Contra- tibus. ipso jure nullos, l. 7. pr. l. 16. s. 1. ff. de minor. licet dominium, quod alicui mirum videri queat, transeat arg. d. l. 7. ff. de dolo malo & speciali actione rei persecutoria Recadentia peti debet. l. 1. per. d. t. Contr. & bus str. jur. dans caufam non reddit eos ipso jure nullos, juxta Jus Civile l. 36. de P. O. exceptio ramen doli, vel actio de dolo datur d. l. Jure Canonicō dolus simpliciter contractum sive b. f. sive stricti juris (quam distinctionem, & quidem bene, non agnoscit hoc jus. Confer etiam Grotium de J. B. & P. lib. 2. c. 16. n. 11.) ipso jure reddit nullum Dd. inc. l. X. de plus pet. D. Stryck Disp. differ. Juris Civ. & Can. dec. 7. lib. 7. Add. Grotius lib. 2. c. 11. n. 11. Schilter ad digest. de dol. lib. 20. Dolo vero deceptus, quod notatu dignum, habet electionem, an contractum nullum dicere, an contra adversarium agere velit ad supplementum laisionis. Carpz. p. 1. C. 34. d. 7. n. 1. & def. g. n. 4.

In oība

g. n. 4. In dolosa ergo l*æ*sione ita rescinditur contractus, ut Reo, v. g. emtori decipienti electio non relinquatur, an supplere iustum premium malit, remque retinere; sc. quia contractus ipso jure nullus est, tanquam cui dolus causam dedit: Alter se res habet, quando alter contrahentium *re ipsa* sine dolo alterius fuit l*æ*sus ultra dimidium, nam tunc contractus ipso jure quidem subsistit, sed rescinditur beneficio *l. 2. C. de resc. vend.* quod concedit l*æ*denti optionem, utrum velit rotam rem restitu*i*, & Recadentia locum concedere, an vero l*æ*sionem totam resarciri. Carpz, c. l. D. Struv. Ex. 8. tb. 28.

§. 21. Si quis metu ad actus quid fecerit & dederit, id regni
l*æ*riter subsistit, §. 1. *J. de exception.* illius enim principium
non est simpliciter extra agentem Aristot. lib. 1. Eth. cap. 1.
Conf. Gror. de J. B. & P. lib. 2. c. II. §. 7. & hoc obtinet non
tantum in stricti juris, sed & bonæ fidei contractibus, li-
cet metus illis causam dederit, *l. 7. in fin. C. quod met. cauf.*
verum exæquitate actio vel pristina per Recadentiam a
Prætore restituitur, vel nova, *quod metus causa contra quem-*
vis possessorum (est enim in rem scrip*ta*, *l. 9. §. 8 ff.* *quod*
met. cauf. quarum natura hæc est, quod origine quidem sint
personales eff. & cum tamē participant a reatibus suctio*nt*.
Dif. 18. tb. 9. & 10. & semper rem sequuntur, quales actiones
in rem scriptæ sunt: de peculio, noxalis, de pauperie, ad
exhibendum Pauliana, ex jure protimiseos legali &c. quæ
rurum instituendarum est forum rei si æ D. Struv. Ex. 9. tb.
51.) ad obtinendam Recadentiam instituitur, *d. l. 9. §. 2. & 4.*
Metum inutiens, vel illius conscius rem acquirens, fru-
ctus & consumptos percipiendos, terrius vero b. f. posse-
sor tantum extantes, & quatenus ex consumptis factus
est locupletior, restituit D. Struv. Ex. 8. tb. 20. Restitutio vero
& Recadentia talismodi rei vi, excusæ sine refusione pretii

Recadentia
ob metum
& vim
compulsi-
vam.

fir, argum. l. 2. C. de furt. (non obstante l. 3. C. de bis que met. eaus. fact. ibi enim haud dubie dispositum, quod actor pretium, a merum inferente acceptum, possessori tertio restituere teneatur. Confer Brunnenm. ad c. l.) b tamen f. possessor liberatur, si res ante item contestatam perierit, l. 14. S. 5. ff. quod met. caus. nisi inde locupletior factus, tunc enim in quantum lucri, tantum etiam Recadentia & restitutio obnoxium, l. 18. d. t.

Recadentia
ob defec-
tum vel
existenti-
am condi-
tionum.

§. 22. Contractibus non raro conditiones apponi sve-
runt; ibi jucunda & in praxi utilis disquisitio est, quibus
casibus Recadentia tunc locum inveniat, quidve juris quo-
ad dominium, periculum, quin & fructus pendente con-
ditione perceptos? Conditio alia est *suspensiva*, sive, ut qui-
busdam dicitur, constitutiva, quæ actum plene perficien-
dum confert in eventum futurum: vel *Resolutiva*, quæ a-
etum jam perfectum sub futuro aliquo eventa resolvit,
l. 2. ff. de in diem addict. l. 1. de L. Commiss. Si conditio *sus-
pensiva* contractibus apposta, pendente conditione con-
ventio, v.g. emtio, in suspenso & pendiens est, nec pro-
pter subsequenter traditionem dominium transfertur,
nec fructus emtoris sunt, l. 4. princ. d. t. Quod si vero con-
ditio hæc *suspensiva* deinceps extet, pura retro conventio
inita singitur; adeoque fructus pendente conditione per-
cepti ad emtorem spectant. Si vero conditio defecerit, e
contrario retro singitur nulla extitisse conventio, l. 8. ff.
de pericul. & l. 37. ff. de contra Emt; adeoque omnia com-
moda e re percepta in venditorem recidunt, eidemque re-
stituenda, d. l. 8. Incidenter etiam hic queritur, quoad pe-
riculum quid juris, si dicta conditio extiterit? distinguen-
dum, an in totum res perierit, & ad Venditorem spectat
periculum, quia conditio licet extiterit, re plane peremata,
non reperit, ubi ad effectum supra memoratae fictitiae re-
trorra-

retractionis, pedem signat, l. 8. ff. de periculo & commod. ret-
pend d. pen. C. cod. Carpz. p. 2. C. 6. D. 12. Lauterb. ad tit. ff. de
pericul. r. i. vend. an pro parte res perierit, & periculum de-
teriorationis ad emtorem pertinet d. l. 8. pr. & l. pen. C. cod.
Carpz. p. 2. C. 26. D. 22. Sivero conditio defecerit, omne pe-
riculum ad venditorem spectat: venditio enim retro pro-
non, contracta habetur, d. l. 8. & l. 32. in fin. ff. d. t. D. Struv.
Ex. 23. eb. 99. & Majer. ad J. p. 791. Si conditio resolutiva, qua-
lis in pacto commissorio, contractibus apposita sit, tunc
pura statim conventione inita censerur, l. 1. ff. de pact. commiss.
ad quoque post traditionem dominium & fructus acquirun-
tur emtori: resoluta tamen conventione, dominium ipso
jure reddit, fructusque interim percepti pristino domino
restituendi; periculum etiam, quod ante resolutionem
contigit, emtoris est. De pacto hoc commissorio qui plura
scire desiderat, adeat elegantissimam tractationem illustr.
Dn. Gothofredi a Jehna de L. commiss. ubi ex asse hæc mate-
ria discussa. Confer etiam auream l. 2. ff. de addic. in diem.
Lauterb. ad d. t. ubi eleganter etiam monstratur, addic-
tionem in diem vel suspensive vel resolutive Emtioni venditioni
apponi; si suspensive v. g. si nemo intra tres dies plus offre-
ret, tunc si tibi 100. vendita domus; interim dominum
& periculum & fructus sunt vendoris, licet emtor con-
ditionalis in eorum possessione sit; existente enim condi-
tione fructus pristino domino restituendi, quin & defici-
ente conditione cum extunc n. perfecta demum conven-
tio sit. l. 8. ff. de pericul. & comm. rei vend. Si resolutive addic-
tionem in diem concepra, v. g. jam sittib vendita domus 100. nisi
quis intra tres dies plus offeret, tunc statim dominum &
periculum penes emtorem est, idemque fructus, revo-
caliter tamen, lucratur; facta ergo resolutione, & oblata
a tertio meliori conditione, priori domino fructus restitu-
andi

andi, l. 4. §. 4. l. 6. pr. 1. & l. 16. de iudiciis addit. (licet emtor idem offerens pretium, quod ipsi ex jure promis eos licet, rem sibi dehinc addicte obtinuerit, l. 6. §. 1. d. t. Frantz. *ibid.* num. 9.) & pignus interim constitutum resolvitur, l. 4. §. 3. d. t. Confer. B. Lauter. & D. Struv. *ad d. t.* Resoluta prima emtione, an & arrha, vestigia, gabella vel laudem in reperi possit, de eovide Frantz. *in utilissimo tract. de laudem c. 5. & c. 14.* Hæc de conditionibus dicta & venditioni applicata, reliquis contractibus optime eram convenientia.

Recadentia
in venditi.
one ob re-
servatum
dominium
vel hypo-
thecam.

§. 23. Si venditor anter traditionem, vel in ipsa re vendita tradira dominium (vel hypothecam Carpz. *p. 1. C. 28. D. 20.*) tamdiu sibi reservavit, donec omne pretium fuit solutum, hujus virtute dominus, vel hypothecam sibi reser-
vans, rem per Recadentiam ita recuperar, ut omnibus cre-
ditoribus, etiam fisco præferatur, nec opus habeat cum
alii de prioritate certa. *arg. l. 5. §. 18. ff. ad Trib. action. Carpz.*
p. 1. C. 28. D. 21. & lib. 1. Ref. 108. num. 3. D. Struv. Ex. 44. lib. 46.
Ubi vero a venditore reservata hypotheca vel dominium
periculum nihilominus est penes emtorem §. 3. *J. de E. P.*
nam emtio pure facta est vid. Lauter. *ad ff. de Leg. Commiss.*
in fin. Mayer ad 1. p. 790. In praxi tamen, restante Carpz. *ib.*
l. Ref. p. 108. contrarium servatur, ubi talismodi vendentis
adhue periculum est. Hic etiam incidenter, utile et ramen,
notabis, quod indifferenter creditoribus debitoris omnibus,
etiam fisco, in concursu creditorum præferatur ille,
qui pignus consecutus in re, antequam illam debitor emer-
ret; adeoque nec ipse opus habeat cum aliis de prioritate
certare, l. 12. *C. de distract. pignor. D. Struv. d. 1. Carpz p. 1.*
C. 28. d. 22.

Recadentia
in Jure Re-
tractus.

§. 24. Notabiles Recadentia in materia Retractus occur-
runt, ibi præprimitis notanda divisio in retractum legalem
& conventionalem. In legali, qui vel proper (1) dominium
dire-

directum (2) creditum (3) vicinitatem (4) communionem (5) con-
sanguinitatem competit, datur actio de Retractu, contra
quemvis possessorum, in quem emtor, sine denunciatione,
pristino domino facta, eamque subsequuta renunciatione
rem iterum alienauit: estque in rem scripta; major enim
est potestas legis, retractum concedentis, quam hominis,
pacto istius sibi reservantis Gail. Obj. 19. num. 5. & seqq. a-
deoque ex retractu conventionali non datur actio contra
alium, quam pacientem ejusque haeredes, non vero contra
terrium D. Struv. Ex. 23. tb. 43. Carpz. p. 2. C. 32. d. 8. & 9.
proinde ut prior non est in rem scripta, nec contra tertium
competit, nisi tertius pactum illud sciverit, fraudisque
particeps rem nihilominus comparaverit, Carpz. d. 1. def.
12. vel hypotheca una cum jure protimiseos a primo expre-
sse reservata sit. Carpz. d. 1. def. 11. Si nondum traditio tertio
facta, Recadentia adhuc locus. Carpz. d. 1. def. 10. Fructus,
utpote a puro domino precepit, non recidunt in retrahen-
tem, arg. 1. 2. C. de pact. inter emt. tempore vero Retractus
adhuc pendentes pro rata temporis (ut si emtor fundum
per quatuor menses derinnerit, tertiam partem fructuum
percipiat, venditor reliquum) inter emtorem & retrahen-
tem dividuntur, nisi pacto aliud convenerit, Carpzov.
lib. Resp. 29. Neque etiam pignus interim constitutum
solvit per retrovenditionem: tenetur tamen emtor post
Recadentiam rem luere, aut interesse praestare D. Struv.
Ex. 23. tb. 43. Impensae necessariae a retrahente ante Reca-
dentiam refundenda; Carpzov. p. 2. C. 32. D. 7. Utiles quo-
que juxtra Rachel Jurispr. lib. 2. tit. 43. n. 8. Competit hæc a-

Recadentia
per actio-
nem Redhi-
bitiorum,

ctio intra annum utilem, a tempore scil. scientiae & con-
tractus computandum. D. Struv. d. 1. tb. 64. Porro in ma-
teria emtionis venditionis, allisive contractibus emtionis
instar se habentibus, ut permutatione, divisione, & datione

in

in solutum, l. 19. §. 5. ff. de Aedil. edict. valde conspicua Recadentia, quæ mediante actione redhibitoria venditori &c. obtingit; Est enim redhibitoria actio personalis, qua emtores in re comparata norabiliter laeti agunt contra vendidores ad ipsam rem redhibendam. Res ergo in venditorrem, prorio ab ipso restituto, recidit. l. 21. pr. & l. 60. de Aedil. edict. emtor vicissim premium recipit, cum usuris l. 27. l. 29. §. 2. d. t. et omnibus sumtibus, qui volente venditore facti sunt, l. 27. d. t. Si venditor sicut virium, inter se præstat. l. 13. ff. de act. empte. Non vero Recadentia & redhibitoria ex hoc Edicto locum haberet, quando res emta facta emtoris in aliam speciem est commutata, ut bene responsum apud

Recadentia in locatio-
ne Condu-
ctio
ne. **C**arpzov. p. 3. decif. 222. Est vero in electione emteris; an velit Recadentia locum concedere & redhibitoria, an vero

quando minoris agere D. Struv. Ex. 27. th. 10.

§. 25. In locatione conductione aliquor Recadentia obvia; specialis hic casus: quod, finito tempore locationi præstituto, res quidem locata statim recidere possit; si tamen conductor diutius in possessione relinquatur, in prædiis rusticis ad finem anni, usque dum fructus percepti, licet locatio antea ad lustrum facta; in prædiis vero urbanis, quounque aliquis habitaverit, quia in prædiis urbanis singularis momentis usus cedit, reconductio facile facta videatur, vid. omnino l. 13. §. fin. ff. locat. con. Porro ante tempus locationis conduct. finitum juste conductor expellitur resve locata recidit; si (1) ipse dominus ædibus indigeat, hactenus inhabitatis incendio forte consumptis, l. 3. C. loc. Cond. (2) si ædes locaræ ruinose reparandæ, d. l. 3. & 30. pr. ff. d. t. Reparatione vero facta, ex æquitate restitutio conductori facienda. Franz. k. ad tit. ff. Loc. eod. num. 148 Item (3) si conductor re male utatur, d. l. 3. quin & si, (4) res locata vendita sit, juxta proverbium; Kauff gebet vor ductori

Miethe / nisi pactum cum emtore initum de re iocata conductori relinquenda, l. 9. C. loc. cond. vel conductori ad securitatem resa locatore sit oppignorata. Carpz p. 2. C. 37. D. 4. num. 5. Merito ergo, re tertio vendita, interesse conductori recedenti præstandum, l. 9. C. Locat. Cond. & l. 25 ff. eod. Conductor tamen, quoad impensas necessarias & utilles in rem factas, l. 61. pr. l. 55. §. 1. ff. loc. cond. ante Recadentiam merito jure retentionis utitur, arg. l. 5. verf. manebit. ff. de impensis. rem dot. In Emphyteusi quoque, locationi conductioni valde affini, multas Recadentias deprehendere licet; sic in emphyteusi Seculari trienio, in Ecclesiastica, cuius major favor, biennio, non soluto canone, Emphyteuta jure suo cadir; Culposa quoque & insignis rei deterioratio Recadentia viam sternit. Contingit hic porro Recadentia extinctis omnibus personis, pro quibus fuit concessa; Emphyteusi sine consensu domini alienata; Cessione, præscriptione, temporis lapsu, ad quod fuit contracta. Vendita emphyteusi, dominus habet intra duos menses spem Recadentia objus Protimiseos & Retractus, uti et extibus juris satis clarum. Si hypotheca ab emphyteuta tertio sine domini consensu constituta, per Recadentiam consolidativam id pignus, ex veriori sententia, non resolvitur, vi l. 31. ff. de pignor. Carpz. p. 2. C. 25. D. 7. Lauterb. addit. ff. si ager vectigalis, l. 31. Struv. Ex. u. tb. 70. Dissentit Brunnem. add. l. 31.

§. 26. In contractu societatis, si ab una parte res conferatur, ab altera vero tantum operæ præstentur, regulariter & in dubio res tantum quoad usum censerunt communiciata, & finita Societas tota in conferentem recedit; nec socius quid præter lucrum participat, nisi contrarium pacto definitum, arg. §. 2. §. de societ. l. 52. l. §. 2. verf. si in secunda ff. eod. Gail. 2. Obj. 24. n. 6. vid. tamen Grot. de J. B.

K

E P.

Recadentia
Emphy-
teuticos.Recadentia
in scientia-
te.

Et P. cap. 12. num. 24. & Vinn. lib. 1. quest. 54. unde etiam est, quod hoc in passu pecuniae, casu perditae, periculum pertinet ad solum conferentem, tanquam ejus dominum, arg. 158. pr. ff. d. t. quod tamen cum grano salis accipendum, si enim lucrum iterum in societatem venerit, aequum & 152. §. 2. d. t. conforme, ut sors prius reparetur, reliquum vero lucri demum rationem habeat, ac in commune conferatur, Brunnern. add. 1. 52.

An Recadentia soluti a filiofam, ex SCto Macedoni-
ano?

§. 26. Creditæ pecuniae filiofam ab eo que contra intentionem Sci Macedoniani solutæ repetitio, & Recadentia cessat, l. 14. in fin. ff. de R. C. l. 9. §. fin. ff. de SCto Macedon. l. 46, de condicte indeb. vi dicti SCto filiusfam, quidem exceptio-

nem haber, ut solvere non cogatur; postquam autem de facto solvit, actionem non habet, qua repeatat & Recadentiam obtineat. Pignus quoque catenus datum pro sua quantitate debitum confirmat, nec recidit ac repeti potest, l. 9. pr. de SCto Macedon. Sitamen filiusfam in sacris paternis constitutus pignus det, vel tale debitum ex peculio, cuius alienandi potestatem non habet, solvat, tum patri Recadentia integra, resque extantes vindicat, l. 14. ff. de R. C. consumtas condicit, l. 9. §. 1. ff. de SCto Macedon. non obstante d. l. 14. de R. C. cuius resolutionem vid. in bene elaborata D. HIERONYMI Brückners, JCti, Consil. Saxo Gothani, de SCto Macedoniano Diff. Inaug. Tbinga anno 1668. habitab. 31.

An Recadentia fru-
stuum in
contractu
pignorati-
tio?

§. 27. In Contratu pignoratio fructus medi tempore percepi in fortem imputantur, in tantum, ut creditor vol posseffor, si fructus percepti pretium excedant, rationem reddere, remque cum fructibus, nullo pretio refuso, restituere cogatur, l. 1. §. 2. C. de pignor. act. l. 18. §. 1. ff. cod. Carpz p. 2 C. t. D. 1. Quid, si pactum antichreticum adjectum? tunc fructus loco usurarum forte promissarum percipiuntur, nec recidunt, nec in fortem imputantur, nisi

nisi modum quincuncium longe excedant; eatenus enim in sortem imputantur & reddunt Carpz. p. 2. C. 30. D. 40. Tuttius igitur creditori, loco contractus hujus pignoratitii substituere contractum retrovenditionis; ibi enim emtor fructus sine metu Recadentiae & absque obligatione ad reddendum rationes, iueratur, licet legitimum usuarum modum longissime excedant, modo in entio[n]e non ultra diuidium alter lesus sit; tunc enim ex 1.2. C. de Rescind. vendit. Rescissio & Recadentia conceditur vid. etiam Carpz. p. 2. 1. C. D. 1. Dn. D. Stryck de caus. contr. sect. 2. cap. 4. §. 25.

§. 28. Is, qui contractum innominatum a sua parte pri-mas implevit, de Jur. Civ. penitente & a contractu resiliere potest, concediturque ipsi ex penitentia, ad obtainendam Recadentiam rei datae, conditione causa data non secura, L. 3. §. 1. minatis; 1.5. pr. ff. de condic. caus. dat. Molina de J. & J. rr. 2. Disp. 258. num. 1. accipiente vero penitentia & resiliendi facultas in jure non concessa; ut ergo merito Carpz. p. 2. C. 33. d. 23. num. 5. a plerisque Ictis hodie refutetur, qui concedit in contractibus innominatis & accipiente, antequam & ipse suum impleverit, resiliendi facultatem. vide D. Stryck. de caus. contr. sec. 3 cap. 5. §. 3. Strauch. Dissert. ad. unio. jus 16. num. 7. Quid vero hodie, ubi ex pacto deliberato inito actio nascitur; an & implenti facultas resiliendi; perendique Recadentiam rei datae, conditione causa data causa non secura tributa? Carpzov. itidem c. 1. haud dubie resiliendi facultatem largitur: Verum, disting. putaverim; si nudum pactum de permutoando, adeoque nude preparatoria convention, de firmiter contrahendo in futurum, in ita, sit, v.g. Cras permutabimus, ab illo pacto hodiernum licite recedere possumus; cuiusmodi mens contrahentium in dubio fauisse presumitur, & eatenus Carpzovii definitio merito, non vero ultra approbatur D. Struv. Ex. 6. 16. 22. Et quidem, si

datae quoque arrhae sunt sub amissione *simplium*; si acceptae, sub restituzione *duplicatarum*. vid. Lauterb. *Disp. de Arrba* th. 104. Si vero pactum permutationis firmiter se obligandi semel initum, v. g. equus meus tibi nunc sit permutatus vaccæ tuæ, tunc, licet nulla traditio facta, minime ab earecedere ex praxi Imperij, ubi partis actio datur; *Carpz.* 2. c. 19. D. 17. n. 8. licitum videtur. Quanto minus, si jam tum ab una parte implementum secutum; nisi forte alter praestare a sua perte vel nolit, vel non possit, quod vicissim promisit; quod si enim & alter paratus fit implere, contra bonam fidem agerem, pœnitendo, vel dare nolle, vel datum repetere & Recadentiam urgere Coufer. *D. Stryck.* c. 1. §. 5. adde *D. Schilt.* Ex. 8. tb. 10. §. seqq.

*Recadentia
solutorum
in debite.*

§. 29. Nulla materia in Jure Civ. intricior ea, quæ est *deconditione* & *Recadentia indebiti*; Admodum vero placet super atque omnes difficultates Neotericorum simplex, pura, ex æquitate recepta sententia, cui adstipulatur etiam *Carpz. par.* 3. c. 15. d. 42. n. u. 12. l. 5. *Resp.* 7. n. 12. seqq. *D. Schilter.* Ex. *ad digesta* 24. *Vinius* quest. illustr. 47. lib. 1. *D. Struv.* Ex. 18. tb. 40. *Strauch.* *ad 50. decis.* Ex. 6. c. 1. n. 25. qui distinguunt inter errorem facti & juris: *Quod solutum ex errore facti, indistincte Recadentia obnoxium; solutum ex errore juris indebitum, quodve nullo jure, neque naturali, neque civili; neque a soluente neque ab accipiente debetur repeti* haud dubie potest, si *tantum stricto Jure Civ.*, non vero ne quidem ex presuma naturali æquitate deberatur repeti potest; sic metu illato, solutum ex errore juris merito repetitur & *reedit*; si ergo solvens certet de damno vitando, alter vero de lucro captando; quod semper contingit, si nulla subsit naturalis obligatio repetitio & *Recadentia* non denegatur. *Quid, vero tunc, si integra, legata, non retenta quarta ex L. Falcidia, soluta?* Si ex errore facti

facti solutio facta, repetitionem hanc dubie habeo; Si ex errore juris, non item l. 2. C. si ad. solut. l. 7. C. de cond. ind. l. 9. C. ad leg. Falicid. Singulariter tamen preceptum, quod sequentes, alias naturales obligationes, Jure Civ. in totum improbentur, ita, ut facta solutione ex errore, licet juris, nihilominus *conflictio* indebiti detur, quales sunt (1) pupilli l. 29. ff. de condit. indeb. (2) minoris, qui in integrum restituitur, l. 25. pr. de minor. (3) Femenine, SCto Vellejano seminatas ignorantis, l. 9. C. ad SCto Vellej. idem est in milibus, rusticis & aliis, quibus jus ignorare licet. Vide Schilter Ex. 24. tb. 25. Nihil vero mihi sum umquam iniquius quam quod dispositum in §. ult. f. de Obl. que quod ex contracta nascuntur, quod in causis, in quibus insiciandolis crescit, ut in damno injuria dato, legatis ad pias causas &c. indebitum solutum non repetatur; quod & vix crediderim in praxi servari, cum contra naturalem aequitatem, sit aliquem cum notorio damno alterius locupletari. Quod & bene monet Gisibertus in Justiniano harmonico ad d. §. ult. Similiter in Cond. ind. veniunt in Recadentiam fructus, ut, si quantitas soluta, tantundem restituatur, l. 7. l. 10. §. 2. de condit. indeb. l. 3. C. cod. sine usuras, l. 1. C. d. t. (si tamen alter interim pecunia usus, non iniquum, de illa usuras praestari. D. Schilter Ex. ad ff. 24. tb. 36. & seqq.) aliquando etiam pretium, si nimirum ejusmodi res sit fungibilis, cuius pretium variat, l. 65. §. o. d. t. Hæc actio non est in rem scripta, adeoque contra tertium singularem possessorum non datur arg. l. 49. de cond. ind. Ad conditionem hanc generalem indebiti, reliqua speciales conditiones, sine causa data causa non secuta &c. merito retuleris, quibus intermediis Recadentia rerum, indebito apud alterum existentium, promoveri commode poterit.

CAPUT VI. *Deinde postea regis*

RECADENTIIS EX JVRE ACTIONVM.

§. I.

Recadentia & restitutio-
ne in integrum
De Recadentiis circa terrium juris objectum, actiones
sc., multa hic tradere, vix erit necesse; Sicut enim
Personas & Res Recadentia vel obnoxias vel non obnoxias fa-
tis hactenus demonstravimus; ita de actionem inde fluen-
tium Recadentiis judicare haud difficile fuerit. Aliquotam
Recadentiae quarum supra non mentio facta, hic re-
cenfendae; ea vero sunt, quæ oriuntur ex capite restitu-
tionis in integrum, qua est remedium extraordinarium,
quo iudex ex causa v. g. metus, dolis, etatis, absentiae aliive
justi impedimenti, status mutationis, alienationis judicii
mutandi causa factæ, imo tandem, vi generalis clausulæ, ex
qualibet justa causa imploratus, sine culpa suallos in pri-
stimum statum reducit, l. 16. pr. ff. de minor eaque imperrata,
omne antea qd. amissum recidit ac restituitur l. 2. C. quib. in
caus. in integr. restit. l. 24. §. 4. ff. de minor. l. 26. §. 8. ex quib. caus.
maj. cunctaque ex utraque parte in pristinum statum redu-
cuntur, l. un. C. de repud. que fuit in iudic. in integr. restit. l.
22. §. 1. l. 29. ff. ex quib. caus. maj. Quisvero hic effectus, quoad
fructuum Recadentiam vid. l. 24. §. 4. ff. de minor l. 28. §. 5. &
6. ff. ex quib. caus. maior. Schilt. Ex l. 16. §. Intra quod tempus
restitutio petenda vid. Frantzck. ad tit. de rest. in int. n. 40.
Quomodo autem & quanto tempore lessorum successores
petant, eleganter refert Schnobel adff. Disp. 4. ch. 7. Resti-
tutionem in integrum & Recadentiam pristinorum iurium
etiam operatur actio Rescissoria, quæ datur ei, cuius res vere
usucepta est, & quidem duplicatione: vel contra tñha
etiam

Recadentia & rescissione usucaptionis. Recadentia & rescissione usucaptionis. Recadentia & rescissione usucaptionis. Recadentia & rescissione usucaptionis.

etens absentem, qui praesentis rem, per eos quos in sua potestate habebat, nullo tamen relichto defensore, quem Dominus rei convenire posset, (hodie praesenti contra absentem competit remedium protestationis, l. 2. C. de annal. prescript.) usuccepit; vel (2) absenti contra presentem, qui rem, absensis ob quam liber procabilem, etiam studiorum & mercaturae causam usuccepit, ad usucpcionem rescindendam, & rem, per fictionem juris quasi nunquam usucaptam, eum omni causa restituendam, quo ipso res in pristinum Dominum per Recadentiam devolvitur.

§. 2. Lis mota in judicio; quoad rem, que alias brevi orи tempore praescribi potest, a tempore novissime cognitionis judicialis post 40. demum annos praescribitur; intra quod igitur tempus, si cetera sint paria, adhuc spes Recadentiae est, que, tamen post 40. annos evanescit vid. l. ult. C. de presc. 30. vel 40. annorum. Specialiter notandum quod instr. juris judiciis, non quidem a tempore motae, (in lib. f. judiciis & fructus & usurae statim a tempore morae debentur) sed tamen a tempore litis contestatae fructus, usurae veru demum a tempore rei judicatae. vel ut quidam textus, inter quos 135. ff. de usur. volunt, etiam a tempore litis contestationis (textus, quod probe notandum & in iudicando apprime utile ita possent conciliari, ut in his str. jur. judiciis usurae tunc a tempore litis contestationis debeat, si se, nulla probabilis Reolitigandi causa fuerit arg. l. 40. de bered. petit. contra demum a tempore rei judicatae, si talis causa adfuerit arg. d. l.) debeat, & Recadentiae obnoxiae sint. Quid juris quoad Recadentiam rei lingiosae alienatae? Id eleganter deductum a Frantzck. lib.

Post item
notam spes
Recadentiae
intra 40.
annos.

1. Resol.

1. Resolut. per totum & Lauterb. ad tit. ff. de Litigiosis. Hæc
materia überius a me explanata in lectione Curtoria ad
Auth. Litigiosa res, de Litigios.

CAPUT VII.
RECADENTIIS FEUDALIBVS ET NONNULLIS
INJVNCTIONIBVS IN JVRIS CANONICI.

§. I.

Recadentia Si quis Vasallus mortuus, relictis incapacibus liberis, v.g.
feud. ob in-
capacita-
tem perso-
narum, S adulterinis, incestuosis, naturalibus, non legitimatis
per subsuquens matrimonium (legitimi enim per rescri-
ptum Principis, nisi Dominus directus & agnati consen-
tent, non admittuntur: de legitimatis pluravid. apud II.
lustr. D. a Rhei. Comm. ad. J. F. p. m. 300. 303. & 305. D. Struy.
cap. 9. apb. 3) mutis, surdis &c. recadentia feudi Domino
vel agnatis haud dubie obtinet, ut jura feudalia & Feudi-
stæ überius demonstrant. Confer. D. Struy. Synt. Jur. Feud.
d.c. 9. Quod mutus surdam & furiosum specialiter no-
tandum, quod nulla distinctio requiratur, novumne an anti-
quum feudum sit, natura an casu talis, Illustris Dn. a Rhei. in
Comm. in Ius feud. p. 286. n. 5. & seqq. Si post feudum acqui-
sitione mutus fiat, feudo non excidit Carpz. p. 3. c. 38. d. 8. D.
Struy. Synt. F. c. 9. a. 5. Pro modo tamen facultatum feudi
post recadentiam muto sustentatio relinquend; nisi ipse se
vel uxor honeste eum alere possit, D. a Rhei. c. 1. p. 188. &
289. De hermaphroditio quid juris, vid. supra. c. 4. §. 3. p. 23.

Si

Si vero ad Dominum legatos semel feudum pervenerit, non potest recidere, licet polter imperfecto, v. g. muto, nascantur liberi, nec Domino vel agnatis auferri Michalor. *tr. de cecis, mut.*
& furd. c. 66 n. 18. D. Struv. *e. g. apb. 10. n. 7.* Dubia adhuc videatur quæstio de incestuosis; E conjugio incestuoso juris Gentium & divini natos non succedere, nullum dubium. Quid vero de natis ex incestu juris civilis? Decisio videtur petenda e Carpzovii *Jurispr. Consilior. lib. 2 def. 99.* vid. tamen D. Struv. *obser. feud. pag. 70.* Ubi jenenses Dominos JCOS pronunciassæ referit, quod, dum Nobilis cum consobrina, non imperata dispensatione, matrimonium inierit, & dehinc, relicta uxore grida mortem obierit, feudum non venerit ad filium posthumum, sed defuncti fratres, in simultanea investitura comprehenos. In feudo feminino feminæ in subsidium, deficente masculo, succedens, feudum semel quæstum, masculo dehinc nato, restituere haud tenetur, nisi ultimum defuncti uxor prægnans relieta, & masculus dehinc editus, tunc enim Recadentia locus. *Pistor. lib. 2. q. 35.* D. Struv. *cap. 9. apb. 8. n. 8.* Ludwel. *de feud. pag. 195.* Semel vero per masculum exclusa, non semper ex iusta manet. D. Struv, *cap. a. 8. n. 6.* In Ducatu Megapolitano ex singulari privilegio, quod æquissimum, filiæ, non extantibus fratribus, feuda paternæ, tanquam usufructuaria ad vitam retinent, adeoque ad Dominium post mortem earundem demum recidunt. D. Struv. *Obs. feud. p. 71.*

¶ § 2. Si parens in favorem filii sui, ut hic investiretur, sive novum, sive antiquum feudum Domino refutaverit; & vivo patre feudi post filius sine liberis de esserit, pater (nisi omnino feendum abdi) averrit, vel filium quasi de novo feundo investiri curaverit, 2 *Feud. 49*) non tam jure successionalis quam *recadentia* id denuo acquirit. Recadentia 2. *Feud. 14.* quod tacite in refutatione reservatum creditur; & hoc causa feendum manet paternum, nec fit novum *Tholos lib. 6. c. 2. n. 14. Synt. Jur. E. Struv. cap. 9. a. 3. n. 3.* Id c. l. n. 4. re. isat causus, ubi feendum novum a filio acquisitum recidit in patrem. Porro per *recadentium*, si avus consentiente filio, in nepotem, vel si ita ad fratri sui filium feendum transiunisset; nepote l. fratri filio sine resolutio- nem.

heredibus feudalibus demortuo, eorum pater admittitur. D. Struv. c. 1. n. 3. in fine add. Rosenth. cap. 7. concl. 14. In feudo novo mere hereditario pater filio etiam succedit Rosenth. c. 1. c. 22. Quid si agnatus in alterius agnati favorem feudum refutaverit, an recadentiae locus? Videndum quid actum: Si penitus jus suum cessit, quam refutationem realem DD. vocant, haud admittetur, cum renunciantibus juribus suis regressus non detur. Si vero quoad certas personas, v. g. fratrem & ex eo filium; iis defunctis renuncians superstes succedit; dum personis saltem certis refutavit, & sic reliquum jus sibi salvum reservavit. Rosenth. de feud. cap. 2. concl. 20. c. 5. & D. a Rhetz. Comm. in J. F. p. 392. n. 6. Quaritur vero, si Vasallus decrepitus, possessor feudi antiqui, refutaverit feudum in favorem filii, absque consensu Agnatorum simultaneo investitorum; Dominus vero de novo peculiarem concederit investitaram filio, cui agnati non contradicunt, nec renovationem simultaneam investituræ petunt, nisi post obitum refutantis; an, ob omissionem & negligentiam in non petendo renovationem simultaneam investituræ, amittant feudum; adeoque recadentia post obitum filii no viter investiti locum habeat? Äquoreum sententiam puto, non amitti sed recadentiae locum esse.

An Recadentia in Expectatione variis?

§. 3. Quid juris quoad Recadentiam, si pluribus expectativa feudi data, posteriori vero simul traditio facta, quis preferendus? Ex æqvitate juris naturalis, cui primum promissio facta; feudum ergo datum posteriori recideret in priorem. Grön. de I. B. & P. lib. 2. cap. 12. f. 15. Illustr. D. a Rherz. quoque in Comm. ad. J. F. p. 168. n. 17. bene monstrat. e Gail. lib. 2. O. 55. & Mev. p. 4. dec. 78. n. 9. Principem, juxta communem DD. sententiam, ex naturalitate sine traditione dominium transferre. arg. l. 5. C. de loc. præd. civ. l. 2. C. de fund. & salt. rei dom. Et hanc sententiam praxin sequi; Ibidem tamen distinguit & credit, ad gratiosam concessionem, non vero conventionem, per modum contractus conceptam itam sententiam extendendam esse; ultimo enim casu & in contractibus juxta l. 5. quoties. C. de R. V. pronunciantur; ita, ut præverator etiam posterior possessionem nactus, & quoad priorem nulla recadentiae spes sit, nisi in posteriori concurrat dolus, supra cap. 5. f.

s. §. 10. sed ipsi per actionem ad indere se subveniatur; nisi; ut
 idem putat; expectativa sub constituto possessorio primo data sit;
 quod expectativario cautele loco observandum commendat. p.
 163. Prudentem cautelam etiam in Instr. Pac. Caesar. Suec. de an-
 no 1648. art. pro equival. n. 1. s. similiter, junct. s. inter ea 7. & s.
 Quae vero debita 10. & u. vers. ratione tituli autem conventionum
 est &c. quoad tatis actionem, Potentissimi Electori Brandenburgico
 in compensationem Suecis delleurum territoriorum, Imperiali
 autoritate datorum, observatam legimus, quod fultus deduxit
 Honoratus. D. Parentis in Obs. for. concl. decisi. i. quod insigne & no-
 tabile Recadentia exemplum in his parbet. Conf. omnino illustr.
 D. Rhetz. ad 1. Feud. 3. verbis Investit. ejus feud. &c. adverbia; Eq-
 uatione alicui &c. n. 3. 5. 8. 13. Dn. S. dyadic Expectativ. cij. n. 28.
 & v. 6. n. 52. D. Borpolli. de Expecto. c. 8. s. 19. in fine & alios a
 D. Parente cit. Aut. Quid parro, si expectativa data a principe,
 que moriatur, an recidit, an vero successore servanda? Reci-
 dit; si successor electius, & ex proprio, non vero ultimi pos-
 sessori iure & beneficio succedit: vid. tamen. Limitationes apud
 D. Struv. cap. 7. apb. 9. n. 15. Non recidit, sed servanda, si ha-
 reditario modo & beneficio ultimi possessoris succedit. Struv. id.
 apb. 9. Pridie de hac Recadentia expectativarum vidi. apud D. a
 Rhez in Comm. ad ius feud. p. 190. Cui vero expectativa data,
 ejus conditione in collationem feudi non est necessarius, nec ab
 eius defectum feendum abiecatum recidit; cum expectantia non
 ius in re sed tantum actionem in personalem contra Dominum ope-
 retur, D. Struv. cap. 7. apb. 7. n. 7. Alio est ratio in Agnatis & si-
 multaneis investitis, quippe hi ius succedendi in feundum p. 96
 concessum, illi vero ius quiescum a primo acquirente habent,
 quod ipse invitis aufeis nequit; hinc ergo calibus feendum alie-
 natum in hos recidere nullum est dubium.

- m. §. 14. Electoratus familia extincta, recidit quidem hæc digni-
 tates ad Imperium; nunquam tamen ei potest consolari, sed fami-
 liae conferenda. Aut. Bull. cap. 7. §. 3. Hoc vero
 tantum de secularibus Electoribus intelligendum. D. Struv. cap.
 5. apb. 6. n. 2.) & quidem suadente utilitate publica, ne lo-
 rius Electorum minuatur: Collationem vero hujus dignitatis Dn.
 L 2

a Rhetz.

a Rhetz. *jur. feud.* p. 68. n. 10. putat fieri debere cum totius Collegii consensu, arg. art. 44. *Capit. Leop. verb.* Und über solches alles dasjenige Collegium, in welchem sie sollen angenommen werden, gnugsam gehdret. De hac controversia vide Iterum de feudi imperii c. 7. §. 15. Cætera feuda optimiora aperta & recadentia olim Imperator alii pro lubitu reinfudare puterat, vid. Strauch, in diss. de opping. *Imp. imprimis* §. 22. & 27. *Contrarius Linn.* ad *Capit. Car. V.* art. 6. n. 5. & 9. ad *Cap. Leop. Tom. V. jur. publ.* p. m. 246. qui hic omnibus Statibus olim jus consentiendi fuisse propugnat. vid. D. a Rhetz. p. 64. n. 7. seqq. & D. Praefid. *intracti de doman.* c. 9. n. 8. Iter de feud. imperii c. 7. num. 31. seq. Hodie feuda optimiora Imperio & domaniis imperialibus consolidanda, & quidem vi Capitulationis *Car. V.* art. 6. & *Leopold. art. 30.* Recidunt simul cum taliteritorio pertinentiae, sive civiliter cohaerentia ita mobilia, ut sunt in castro l. fortalito machinæ, torrienteque bellica D. Struv. cap. 6. apb. 12. nisi Vasallus ipse post feudum concessam ejusmodi res acquisiverit, que perveniant ad heredes allodiales. Id. c. 1. Libere Imperator reinfudat minora imperii feuda recidentia, vi dictorum articulorum, & guidem verbis! So etwas mercliches ertragen; dueto argumento a contrario.

An recantentia in dominianis alienatis, vel in feudatis?

S. 3. Utilis disquisitio, dominianis (qua sunt jura & bona ad publicos Reipubl. usus vel expresse l. tacite destinata) in feudum data an recendant? Breviter videtur distinguendum; Si ab absoluto & patrimoniali Imperante eorum facta alienatio l. infundatio, *recedentia* nullum invenit locum: Secus in regno & Imperio non abi soluto, nisi populi vel procerum consensu accelerit: fieri tamen non raro consuevit, quod in hoc regiminis genere populus vel proceres liberiorem de his bonis pro necessitate vel utilitate Reip. disponendi facultatem Imperanti relinquant, *Textor. Sym. jur. Gent. cap. 20. n. 22. seqq.* quo facto, id quod ab eo infundatum, a populo quoquo l. proceribus ratum habendum. In Imperio nostro jam ab antiquo talis infundandi dominaria potestas, experientia teste, Imperatoribus relicta; Hac enim ratione Status & Ordines Imperii Regalia Fisci &c. sunt consecuti. In secularibus territoriis nullum dubium, Principes, Comites &c. Domina ab Imperatore nexu feudal quæsita subinfeudare licite posse, ita,

ita; ut actus subinfeudationis nullatenus, ne quidem a Statibus provincialibus, improbadus sit; nisi per specialem promissio-
nem a Principe, Comite &c. mediantribus literis reversalibus,
ipsis in constitutis hujusmodi subfeudis jus consentiendi datum.
In Ecclesiasticis territoriis, si domania nondum sint infeudari so-
lita, sine Capituli consensu, ex præxi Germania infeudari & sub-
infeudari nequeunt. Qua ratione seculares liberiores, quam Ec-
clesiastici, vid. *supra cit. Disp. de Cur. jur. feud. & d. tr. de Do-
muni.* Episcopatum igitur res recidunt, si sine debitis solenni-
tibus hoīiter infeudari. Si vero res infeudari solitæ vacantes ab Recadentia
Episcopo reinfendentur, sine solennitatibus & Capituli consen- in rebus
su, non recidunt; cum Episcopus res infeudari semel solitas li- non infeu-
bere reinfendat, & in quemcumque etiam cognatum libere con- dari solitis
ferat. vid. D. Struv. 6. 5. apb. 9. o. 6. apb. 4. & cap. 12. apb. 13. in ar- fine solenn.
bitrio tamē Episcopi est, an rem infeudare solitam, vacantem do- infeudatis.
manis incorporare, an reinfudare velit. vid. d. tr. de Domani,
cap. 9. n. 68 & seqq. & D. a Rhey. in *Comm. ad J. F. p. 58. n. 16.*
& p. 53. n. 1. Specialiter tamen nonandum, quod recadentia feudi Effectus re-
antiqui extinguit hanc qualitatem operetur que post reinfudatio- cidentis
nem novum feendum. D. Struv. S. I. F. cap. 3. apb. 2. n. 4. Simi- feudi veter-
liter feendum francum post recadentiam aliqui absque mentione ris & franci.
servitiorum denū concessum, non amplius francum manet, sed
fit feendum novum, ex cuius natura Vasallus servitia feudalia praes-
stare tenetur; vide Rosenth. cap. 8. concl. 4. n. 8. & seqq. Schnei-
dew. de feud. part. 3. n. 91.

§. 6. De feudis oblatis quæritur, an, si culpa & felonias commissa, recadentiae objectum sint? Nullum dubium, haec feuda e- An Reca-
jusdem cum aliis naturæ esse; licet non sicut in gandum, mitius vasal- dentia in
los plerumque in ejusmodi oblatis feudis, in pristinæ plenæ liber- feudis obla-
tatis & dominii memoriam, quam in reliquis, haber. Causæ ob- tis?
lationis variaz; Praecipua quondam tempore juris manuarii, deb
